

D. m. 29

000v

~~919~~
~~92~~

~~F 1/2~~
~~z. A. 3. 391.~~





C H R O N O -
L O G I A,

D E

SERIE ET SVCCESIONE
OMNIVM TEMPORVM ET
ANNORVM, A PRIMA HOMINIS
FORMATIONE, VSQVE AD HVNC PRAESENTEM
à nato Christo Annum M. D. LXXXI, in
tres Partes diuisa & distributa.

QVIBVS COMPENDIOSE EXPLICAN-
TUR, OMNIVM PRAECIPVORVM REGNO-
RVM POPVLORVMQVE, TAM EORVM QVI IN
*Ecclesia, quam horum qui extra eam fuerunt, origines, successiones, inclinatio-
nes atq; translationes. Praeterea omnes eorum Reges, Duces ac Magistratus, quan-
do quisq; coeperit, quot annis regnarit, quid memorabile gesserit. Deniq;
quis status & Ecclesiae & aliorum populorum fuerit: ac quo-
modo idololatriae cultus irrepserit:*

OMNIA EX SACRO BIBLIORVM
FONTE ATQVE FIDE DIGNISSIMIS CVIVS-
*vis saeculi Chronographis & Autoribus, qui passim in praesenti Libro
allegantur, summa fide & diligentia, quam breuissimè
excerpta & concinnata.*

A V T O R E

FRIDERICO HVSMAN DE NAMEDEI,
Equestris ordinis Rhenensis.

H E I D E L B E R G A E.

Excudebat Iacobus Mylius.

OMNIA

LOGIA

DE

SERIE ET SVCCESIONE

OMNIVM TEMPORVM ET

ANNORVM A TRIMM A HOMINIBUS

FORMATIS, VROVE AD HANC PRAXEM

à esto Chino Anno M. D. LXXII

in Paris edita & distributa

QVIBVS COMPENDIOSE EXPLICAM

THE OMNIVM REACIPVORVM REGIONO

VM PAVTORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

OMNIA EX SAO

LONGE VROVE

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM

REPTIVM REACIPVORVM TAM FORVM QVAM



FRIDERICUS HANMAN DE NANNEN

FRIDERICUS HANMAN DE NANNEN

HEIDELBERG

Excelsior Jacobus Mylius

L57



ILLVSTRISSIMO PRIN
CIPAC DOMINO, D. LVDOVICO,
Duci VVirttembergensi ac Teccensi, Comiti Montispe-
liardi &c. Domino suo clementissimo.

S. P. D.

FRIDERICVS HVSMAN
De Namedej.



VOD PRAESENTEM HVNO
Tractatulum, Illustrissime Princeps, Tuæ
Celsitudini ausus sim dedicare, me moue-
runt plurimæ causæ. Inprimis, pollicita-
tionibus & promissis, quibus omninò stan-
dum est, id ipsum præstare, teneor & ob-
stringor: Deinde, exploratum habeo, Celsi-
tudinem Tuam, vt cæteris bonis studijs, ita
etiam historicis, quæ ferme in quauis ho-
nesta disciplina & actione primum locum sibi vendicant, mirificè affici
& delectari. Præterea tanta tua erga me extant merita, vt grauissima
solicitudine vrgear, quomodo, quauis ratione, gratum meum animum,
(gratus enim esse contendo) ostendere possim. Superiori enim anno,
mense Decembri, cum Illustrissima Celsitudo Tua, calamitates & angus-
tias meas, in quas præter omne meritum ij me coniecerunt, qui jure
& naturali æquitate, potiùs mihi prodesse quàm obesse adstricti sunt,
intellexisset: non modo ex me doluit, sed etiam miseras meas, suo libera-
lissimo beneficio leniuit & mitigauit, me hominem exterum & ignotum,
tanta beneficentia ac si eam quodammodo promeritus, aut in amplissimis
suis ditionibus natus & educatus essem, prosequuta est. Et vt paucis
multa complectar, ea mihi præstitit beneficia, quæ ab amicissimis expe-

A 2

Etare

EPISTOLA

stare potuisssem. Neq̄ dubito quin Celsitudo Tua quoad eius fieri potest,
 ab omnib⁹ istis malis quibus adhuc inuolutus & irretitus sum, penitus
 me liberari clementer & piè cupiat. Mearum igitur partium est, ut
 quam gratissimum erga Celsitudinem Tuam me præbeam, nullum enim
 vicium tam apud Deum quàm homines detestabilius ingratitude,
 quippè quod radix sit omnium malorum. Nam ingratus animus Lu-
 ciferum alioquin optimum & pulcherrimum altissimi Dei Angelum,
 in truculentissimum & spurcissimum Cecodemonem transformauit: à
 cœlesti gloria & beatitudine ad perennē ignominiam & infœlicitatem:
 ab æterna vita & leticia ad mortem sempiternam perpetuumq̄ dolorē
 & cruciatum traduxit. Quid de primis nostris parentibus dicemus?
 Ob ingritudinem suam in tantas ærumnas & calamitates incidere,
 quibus non solum se ipsos explicare haud potuère, sed etiam omnes poste-
 ros suos maxima totius humani generis infœlicitate in easdem detrusè-
 re. Quot florentissima regna? quot potentissimos populos? quot mū-
 nitissimas ciuitates, ut de priuatis malis & incommodis, quæ hinc ema-
 nant, nihil dicam, non deuastauit, perdidit ac funditus euertit ingratitudo?
 Furius Camillus optimè de patria meritus, ab ingratis ciuib⁹
 in exilium detruditur, at Galli hanc ingritudinem egregiè vindicant,
 Romam enim occupant, vastant & in fauillas redigunt. Marco
 Coriolano qui etiam pluribus beneficijs patriam affecerat, idem ac Ca-
 millo contigit, sed iusta supplicia de ingratis Romanis sumpsit. Omnes
 calamitates & angustias Græcorum ingritudini suæ, ut adscribant,
 æquum est. Quocircà viro bono ingritudinis insimulari pergraue est.
 Omnia enim conuicia quibus homo proscindi potest sub ingritudinis
 nomine quiescunt. Eò autem orationem meam referre nolo, ac vellem
 huiuscemodi opusculo præstantissima ab Illust: Celsi: Tua, mihi præstita
 beneficia compensare. Longè enim maiora sunt, quam quod possint tam
 exili munusculo adæquari, imò, eo ipso quod hunc tractatulum beneuolè
 & hilari fronte suscipit, maximum mihi exhibet beneficium. Est enim
 liber

DEDICATORIA.

liber perexiguus plus laboris quàm subtilitatis complectens, & tanto
 Principi, qui multò excellentiori atq; elaboratori dignus esset opere,
 baud conueniens, at, vt ut est, nò dubito, quin potius gratum & deuotū
 animum meam erga T. C. quam negocium ipsum, iuxta illud græco-
 rum egregium dictum, τὸν πάντων ξενίων ὁ θυμὸς ἀπὸ τοῦ. pro
 solita Tua Clementia summoq; animi moderamine perpenderis. Sanè is
 est meus animus, ea mens, eaq; mea voluntas, vt non tantum tuis bene-
 ficijs respondere cupiam, verum etiam ea præcellere vāhementer con-
 tendam. Sed hanc æmulationem meam vicio mihi verti non posse planè
 arbitror, Nam gratum animum decet non solum de referendis, sed quoq;
 de superandis meritis cogitare & eniti. Fateor, & ingenuè quidem con-
 fiteor, voluntati meæ vires refragari, verum vt in collocandis beneficijs
 potius beneuolæ & piæ mentis, quàm ipsius præstiti beneficij ratio habe-
 tur, eodem prorsus modo in compensandis meritis iudicandum esse, non
 dubito. Itaq; quamuis neq; dignitas Illustrissimæ tuæ personæ, neq; bene-
 ficiorum tuorum magnitudo vllam compensationē eorum mihi largias-
 tur, illud tamen mihi conceditur, vt animū meū tibi emetiar. Fieri enim
 posse spero, vt studij officijq; diligentia mea aliquando consequar, vt be-
 neficium videar referre voluisse. Omnis igitur mea ratio, omnis actio,
 omnisq; cogitatio nihil erit aliud, nisi constans & perpetua beneficij tui
 in me collati commemoratio: ac vniuerso terrarum orbi, immortalem
 tuam munificentiam & liberalitatem, qua me affecisti declarabo & ex-
 ponam: Eius enim liberalissimi es animi, vt benefaciendo & munifi-
 centiam tuam exercendo mirificè gaudeas, læteris atq; exultes eò pro-
 fectò fortissimi ac munificentissimi Imperatoris Titi Vespasiani virtu-
 tes æmulatur Illustrissima Celsitudo Tua. Solebat optimus ille Princeps
 Heroico isto vti dicto. Nemo à facie Principis tristis discedat. Vnde
 etiam (deliciæ humani generis) appellari promeritus est. Deniq; ad opus
 meum Historicum & Cosmographicum perficiendum, quod modò sub
 manu habeo, cuius, quoad historias, præsens libellus epitome quadam

EPISTOLA

est, tali indigeo Mecenate, qui ut ipse est omnibus bonarum literarum disciplinis instructissimus, ita etiam omnium studiosorum amantissimus sit. Tanta autem insigni eruditione ac doctrina perspicuus es, tanto flagranti amore erga bona studia uteris, ut summus fautor et promotor bonarum literarum habearis, ita, ut non iniuria in subiectissimam tui venerationem, optimus quisque proclivis & addictus esse debeat. Hic recenserem, Illustrime Princeps, incredibilem tuam pietatem, Zelosum erga veram religionem animum, singularem humanitatem & Clementiam, ceterasque Heroicas virtutes tuas, quibus praeditus & circumseptus es. sed ne videar auribus tuis inseruire velle, nolo hic de re mira praedicare, quamvis ego non tam multa dicerem, quam multo maiora dici possent. Illud tamen silentio praetereundum non est, tanto te in meliora studia flagranti amore inardescere, ut inter ceteras insignes dotes optimo per-dignas principe, nihil tibi sit. cordius quam eos fouere, eos tua ornare munificentia, ad te vocare, eorum consilijs uti, qui solidioris doctrinae & fama & opinione sunt celebres. Attestantur hoc Lucas Osiander, sacro sanctae Theologiae Doctor, ac Melchior Iegerus domini & amici mei perpetuo honore & obseruantia colendi: quorum hic ab Epistolis tibi est, homo multarum linguarum peritus, tam arcanorum & occultorum calantissimus, quam in exequendis mandatis tuis diligentissimus, ille autem in splendidissima aula tua, officio vigilantissimi & sincerissimi verbi diuini praconis fungitur, cuius eruditio, religiosus animus, fides, integritas ac reliquae incomparabiles virtutes, ita sunt notae atque illustres, ut mea commendatione non indigeant, non enim de Viri-tenbergica tantum, verum etiam de vniuersali Ecclesia optimè meritus est, ut interim alios praestantissimos & Doctissimos consiliarios tuos taceam. atque utinam vna cum his, Illustrissimae Celsitudini Tuae inseruiendo vitam meam conterere possim. Id autem Dei gratia & Illustrissimae Celsitudinis Tuae clementia & pietate, me aliquando assequuturum planè confido, Quanto enim desiderio obsequentissima studia & officia
mea tibi

D E D I C A T O R I A.

mea tibi probari efflagitem, verbis assequi nequeo. Iure igitur atq; merito me egisse arbitrabor, quod primam partem huius tractatus tibi dedicauero, subq; tuum illud studiorum dominans patrocinium nostratia hæc collocauero, vt scilicet tutela tanti Herois, tener & adhuc imbecillis studiorum meorum fœtus, ab insidijs maleuolorum defendi & conseruari, ac iustam, maturamq; ætatem maxima fœcunditate attingere & consequi queat. Quamobrem, Illustrissimæ Celsitudini Tuæ, hoc opusculum omni, qua decet & possum, humilitate & reuerentia dedico atq; offero, obnixè rogans, vt pro innata & solita Clementia & mansuetudine tua, hunc qualemcunq; tractatum, serena & hilari fronte suscipere non dedigneris, ac potiùs voluntatem & perpetuam obseruantiam offerentis, quam rem ipsam clementer perpendas. Hisce Illustris: Cels: Tuæ, charissimæ Tuæ Coniugi, Clarissimæ VVirtembergicæ familiæ, vnà cum vniuersis consiliarijs & populo tuo, felicem & faustum ex animo precor & exopto annum. Deus Opt: Max: pro infinita sua in homines misericordia, Illustris: T: Celsi: pro gloria diuini nominis ac salute vniuersi populi tui, incolumem & superstitem diu conseruet & custodiat, atq; benignè faciat, vt quemadmodum celeberrimæ memoriæ Christophorus Dux VVirtembergicus, te filium & hæredem non solùm tot tantorumq; Principatum, verùm etiam optimarum virtutum simillimum summa Reipublicæ Christianæ utilitate reliquerit: ita etiam Illustris: Cels: Tuæ, liberis, de suo femore natis, vnà cum amplissimis & ditissimis Principatibus suis, heroicas virtutes suas hereditariè tradere possit. Supplicis verò & feruentis huius voti mei vt compos fieri queam, oro atq; obtestor vnigenitum filium Dei & Mariæ virginis; qui hoc tempore in præsepio Ecclesiæ reperitur, ac pro æterna libertate humano generi vindicanda, admirando modo, maximo mysterio, quod nostra ratione assequi non potest, à sublimo isto domicilio ex gremio Dei patris descendit, nostramq; naturam induit ac puer natus est, cui laus gloria & honos in omne æuum, Amen. Data natalitijs Domini Anno millesimo quingentesimo octogesimo primo.

D E D I C A T I O N

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



CHRONOLOGIA
DE SERIE ET SVCCES-
SIONE TEMPORIS OMNIVM.
QVE REGNORVM.



ADAM PRIMVS HOMO
ex rubenti terra,
à Domino Deo ad
imaginem & simi-
litudinem suam
creatus; ex costa
autē huius ædifi-
cata est Hæua. Eo-
dem die quo creati sunt, ob transgressio-
nem mandati, ambo ex Paradiso pulsi
sunt. D. Irenæus lib: 5, Gen. 1. 2. 3. Ioseph:
lib. 1. cap: 1. 2.

Cain primogenitus Adami ac Heuæ
hoc anno vna cum Calmana sorore sua
nascitur, Gen: 4. Naue: gen: 2.

Abelem Delboramq; peperit om-
nium nostrum mater Heua. Gen: 4. He-
bræi. Nauc: gen: 2.

Cain agricola, interfecit Abelem
ouium pastorem, quod dominus Deus
benignus ad dona fratris quam ad sua ob-
lata respexerit. Gen: 4. Epiphanius, Au-
gust: de ciuit: Dei.

130. Seth secund^o Abel centesimo trigesimo
anno patris sui nascitur. Ab hoc Ecclesia

A Dei,

| AN- no Muu di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 0. | 3960. | 3209. |
| 15. | 3945. | 3194. |
| 30. | 3930. | 3179. |
| 100. | 3860. | 3109. |
| 130. | 3830. | 3079. |

AN- AN- AN-

no Mun di. oo ante natum Christi. no ante conditã Romam

235. 3725. 2974.

325. 3635. 2884.

395. 3565. 2814.

460. 3500. 2749.

622. 3338. 2587.

687. 3273. 2522.

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Dei, sicut malignantium à Caino, descendit. Gen: 5.

Enoch centesimo & quinto anno genitoris sui Seth hanc lucem primum aspexit, huius tempore vixit quoque Enoch filius Caini. AEdificauit autem Cain primam & magnam quidem ciuitatem, quam ex nomine filij sui appellauit Enochiam. Gen: 5.

Cainan 90. anno patris sui Enos hanc miserrimam vitam ingressus est. Ex linea Caini vixit Iared siue Irad. Gen: 5. Nauc: gen: 4.

Malalehel septuagesimo anno genitoris sui Cainan natus est. Huic coartaneus ex linea Caini fuit Mauiael Gen: 5. Nauc: gen: 4.

Iared sexagesimo quinto anno patris sui Malalehel hunc mundum introijt. Hic ex familia Caini coæuum habuit Mathusalem seu Mathusael. Gen: 5. Nauc: gen: 5.

Enoch centesimo & sexagesimo secundo anno parentis sui Iared natus est Vixit huius tempore ex Caina domo Lamech qui, Cainum occidit. Gene: 5. Nauc: gene: 7.

Mathusalem sexagesimo quinto anno Enoch patris sui, huius lucis vsura frui incipit. Hocæuo ex linea Caina floruerunt.

105.

90.

70.

65.

162.

65.

ATQVE REGNORVM.

tunt, Iubal, Iabal, Tubalcain. Gen. 6.

187. Lamech centesimo octogesimo septimo anno parentis sui Mathusalem genitus est. Gen: 5.

Henoch vir pius cum Deo ambulans 365. annorum cum corpore & anima in coelum sublatus est. Gen: 5.

182. Noe 182. anno patris sui Lamech ortus est. Huius tempore filij Dei filiabus hominum se iunxerunt: id est. posteritas Seth in eadem vitia ac scelera, quibus Caina Ecclesia notata fuit, prolapsa est. Gen: 6.

Sem secundus filius Noe hunc mundum ingressus est. Ab eo Genealogia Iesu Christi deducitur Gen: 5.

600. Cataclysmus quo vniuersa caro, praeter Noam & eos quos in Arca assumpsit, extincta est, 600. anno aetatis Noe erumpit. Gen: 7.

1. Diluuium hoc anno cessauit: Arca destitit in vertice montis Armeniae: Noe cum suis egressus est ac Deo Holocausta obtulit. Dominus Deus in signum foederis cum Noe in initio, arcum suum in nubibus posuit. Gen: 8. 9. Berof. lib: 1. & 2.

2. Sem centum annorum, biennio post diluuium genuit Arphaxat. Gen: 11. Iosephus lib: 1. cap: 6.

35. Arphaxat trigesimo quinto anno
A 2 aetatis.

| 2 | ANNO | ANNO | ANNO |
|---|---------------|------------------------------|-------------------------------|
| | no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romanae |
| | 874. | 3086. | 2335. |
| | 987. | 2973. | 2222. |
| | 1056. | 2904. | 2153. |
| | 1559. | 2401. | 1650. |
| | 1656. | 2304. | 1553. |
| | 1657. | 2303. | 1552. |
| | 1659. | 2301. | 1550. |
| | 1694. | 2266. | 1515. |

| AN- uo Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. | CHRONOLOGIA TEMPORIS | |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|--|-----|
| 1724. | 2236. | 1485. | <p>ætatis suæ genuit Sale. Gen: ii. Sale triginta annorum genuit Heber. Gen: ii. Iosep: lib: i. cap. 6.</p> <p style="text-align: center;"><i>ECCLESIAE.</i></p> | 30. |
| 1758. | 2202. | 1451. | <p>Heber 34. anno ætatis suæ genuit Phalech. Gen: ii. Hoc anno diuisit Noë terrarum orbem inter liberos suos. Gen: 10. & ii. Bero: lib. 4.</p> <p style="text-align: center;"><i>ITALIAE.</i></p> | 34. |
| 1765. | 2195. | 1444. | <p>Noë siue Ianus primas colonias in Italiam duxit, & ratibus omne mare me- diterraneū circumlustrans, singulis pro- uincijs circa litus colonias reliquit. Be- rosus lib. 4. Cor. Tacit. de situ & moribus germanorum, Cato in secundo fragmen- to. Fabius pictor de aureo sæculo.</p> <p style="text-align: center;"><i>ECCLESIAE.</i></p> | |
| 1788. | 2172. | 1421. | <p>Pelech 30. annorum genuit Reu, di- ctus autem est Palech, quod tempore na- riuitatis suæ terra diuisa sit. Gen: ii. Aus- gust: de ciuitate Dei.</p> <p style="text-align: center;"><i>BABYLONIAE.</i></p> | 30. |
| | | | <p>Nemroth filius Chus filij Cam, an- no à salute humani generis ab aquis cen- tesimo, trigesimo primo, regnum Baby- lonicum condidit, & ideò appellatus est Saturnus Babylonicus, hic Nymbrotus Ille est, qui persuasit populo vt ædificarēt Turrim Babel, vnde omnium linguarum confusio,</p> | |



ATQVE REGNORVM.

3

confusio, regnavit autem 56. annis. Gen: 10. & 11. Iosep: de antiquitate Iuda: lib. 1. cap. 6. Xenophon. de æquiucis, Maseas Damascenus. Berofus lib. 4. & 5.

ÆGYPTI.

Noa dedit Cam quem Berofus Camefenum vocat, omne litus Africae à Nilo vsq; ad Angustias Oceani & Gadium hic Camefes primus pater Ægyptiorum, vocatur autem Camefeus id est Cham infamis, quia libidini & Magicæ arti studeuit, ab isto Camefene prima Dynastia exorditur. Gen: 9. & 10. Iosep: lib. 1. antiquit: Iuda: Cap. 4. & 6. Ber: lib. 4. & 5. Diodor: lib. 1 & 4.

ÆGYPTI.

Secunda Dynastia in Ægypto hoc anno initium assumit, durat autem annos septem.

ITALIÆ.

Gomer quem alij Comerum appellant primogenitus Iaphet, post Ianum in Italia decimo anno Nymbroti regnat, dictus autem est cognomine Gallus, quod saluatus sit pater eius ab aquis, nuncupavit Italiam à suo nomine Comeriam, docuit suū populum urbem curribus componere, & idcirco Vcij appellati sunt.

A 3 Gen:

ANNO
noMun
di.

ANNO
no ante
natum
Christū.

ANNO
no ante
conditā
Romā.

1795.

2165.

1414.

1798.

2162.

1411.

| AN- no Mun di. | AN. no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

| | | |
|------|-------|-------|
| 1799 | 2161. | 1410. |
|------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 1802. | 2158. | 1407 |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1809. | 2151. | 1400. |
|-------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1812. | 2148. | 1397. |
|-------|-------|-------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Gen: 10. Ioseph: lib. 1. Antiq: Iud: cap. 6.
Bero: lib. 5.

CELTIBERIÆ.

Tubal siue Iubal filius Iaphet, anno 12. Nymbroti, condidit Celtiberos, tenuit autem primum locum in Betica à se dictum Tubal, posteri mutarunt T. in D. & dixerunt Dubal. quidam vocant Tubal. Taraconē, à quo vrbs Taracona. Gen: 10. Ioseph: lib. 1. antiq: iud: Berofus lib. 5. Pompo: Mela.

CELTICÆ.

Samothēs qui & Dis dictus est, filius Iaphet (vt Beroso placet) anno 12. Nymbroti Celtarum colonias fundauit, sapientia & ingenij sagacitate omnes fere mortales eius seculi antecessit, proinde Samothēs dictus est. leges & iusticiam suos docuit. Berof: lib. 4. & 5.

ÆGYPTI.

Tertiam Dynastiam hoc tempore Ægyptij constituerunt.

ÆGYPTI.

Quarta Dynastia in Ægypto hoc anno incipit.

THUYSCONES:

Thuyfcon filius Noë quem post diluuiū genuit, pater & conditor Thuyfconum est, ab illo sic appellati, Regnauit autem

ATQVE REGNORVM.

autem à Rheno flumine vsq; ad Tanaim,
Anno 25. Nymbroti primas colonias in
Germania posuit, quamobrem à germa-
nis Deus habitus & veneratus est, Berosus
lib. 2. 4. & 5. Cornel: Tacitus de situ &
moribus Germaniæ.

ÆGYPTI.

Quinta Dynastia in Ægypto exorditur.

ECCLESIAE.

Reu siue Regu 32. annorū, genuit Saruch.
huius temporibus multa templa cōstru-
ta fuerunt & quidam gentium principes
adorari ceperunt, vixit autem Reu post-
quam genuisset Saruch 207. Gen: 10.

ÆGYPTI.

Sexta Dynastia hoc anno primordi-
um ducit.

ÆGYPTI.

Septima Dynastia in Ægypto susci-
pitur.

ÆGYPTI.

Octauam Dynastiam Ægyptij colunt.

ÆGYPTI.

Nona Dynastia in Ægypto, quæ se-
ptimo anno finitur, initium assequitur.

BABYLONIAE.

Belus, filius Nymbroti, secundus rex
Babyloniæ, Iupiter dictus est, fundamenta
designata Babyloniæ oppidi magis quam

A 4

VLIS

| AN- | AN. | AN. |
|--------|----------|---------|
| no Mun | no ante | no ante |
| di. | natum | conditã |
| | Christi. | Romã. |

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1816. | 2144. | 1393. |
|-------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1820. | 2140. | 1389. |
|-------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1823. | 2137. | 1386. |
|-------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1830. | 2130. | 1379. |
|-------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1837. | 2123. | 1372. |
|-------|-------|-------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1844. | 2116. | 1365. |
|-------|-------|-------|

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN no ante conditā Romā. | CHRONOLOGIA TEMPORIS | |
|----------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|---|-----|
| | | | urbis crexit, regnavit annis 62. Berofu- lib. 5. | |
| | | | <i>ECCLESIAE.</i> | |
| 1850. | 2110. | 1359. | Sarug triginta annorum genuit Na- chor, posthac vixit Sarug 200. annis. Gen: II. | 30. |
| | | | <i>ÆGYPTI.</i> | |
| 1851. | 2109. | 1358. | Decima Dynastia in Ægipto, exor- ditur. | |
| | | | <i>ITALIAE.</i> | |
| 1856. | 2104. | 1353. | Ochus Veius 3. Rex Italiæ, regnavit 50. annos, huius tempore Itali qui tum Comeri vocabantur, religionem veram curruperunt idololatria. Annus Viterb: in Berof: | |
| | | | <i>ÆGYPTI.</i> | |
| 1858. | 2102. | 1351. | Vndecima Dynastia exorditur, | |
| | | | <i>ÆGYPTI.</i> | |
| 1865. | 2095. | 1344. | Duodecima Dynastia hoc anno in- cipit & anno septimo finitur. | |
| 1872. | 2082. | 1337. | Decima tertia Dynastia in Ægipto primordium sumit, complectitur autem 14. annos. | |
| | | | <i>SICYONIORVM REGNV M.</i> | |
| 1876. | 2084. | 1333. | Ægialeus primus Rex Sicyoniorum, ab eius nomine terra dicta est Ægialea, quæ hætenus Peloponesus nunc verò Morea dicitur, regnavit annis quinqu- ginta | 19. |

ATQVE REGNORVM.

ginta duobus. Annius lib. 5. Berof: Euseb.

ECCLIESIÆ.

29.

Nachor 29. annorum genuit Thare, huius diebus nequitia & scelera hominū mirum in modum accreuerunt, vixit autem Nachor postquam genuisset Thare 119. annis & genuit filios & filias. Gen: 11.

ÆGYPTI.

Decima quarta Dynastia in Ægypto quæ viginti sex annos continet, exordiū sumit.

ITALIÆ.

Cameses Italiam inuadit, Comeros corrumpit, ab hoc Comeria Camefena dicta fuit, tandem à Iano Italia expellitur Ber: lib. 5. Diod: lib. 4.

BABYLONIÆ ET ASSYRIÆ.

Ninus filius Beli, tertius Babyloniæ Rex, hic nomine Assur dictus fuit, vnde Assyria, in qua condidit ciuitatem quam à suo cognomine Niniuen appellauit, Babylonicum & Assyricum regnum coniunxit, Idem autem est Ninus ac Iupiter. Vxorem habuit Semiramidem, Primus fuit qui extra patriam arma tulit ac auream vitam violauit, idem etiam auctor & fundator est Idololatriæ. Regnavit 52. annis Berof: lib: 5. Xenoph. de æqui-

B

uocis

| AN- | AN- | AN- |
|--------|----------|---------|
| no Mun | no ante | no ante |
| di. | natum | conditã |
| | Christũ. | Romã. |
| 1879. | 2081. | 1330. |
| 1886. | 2074. | 1323. |
| 1906. | 2054. | 1303. |

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

de æquiuocis, Mascas Phœnix. Archilochus de temporibus. Gen: 10.

ÆGYPTI.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1912. | 2048. | 1297. |
|-------|-------|-------|

Decima quinta Dynastia in Ægypto initium sortitur, complectitur 37. annos.

ITALIÆ.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1925. | 2035. | 1284. |
|-------|-------|-------|

Ianus secundo in Italiam venit, Camesenui libidinem regnandi coercuit, ipse solus totam Italiam regnavit: Religionem à Cameſe & ſui ſimilibus corruptā reſtituit: tam eccleſiaſticis quàm politiſ Rempub. emuniuit legibus & ſtatutis. Vixit autem Noë poſt diluuium annis 350. Gen: 9. Berof: lib: 5. in Nino.

SICYONIORVM.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1928. | 2032. | 1281. |
|-------|-------|-------|

Europs ſecundus Rex Sicyoniorum, Regnum ſuum vtiliſſimis & pernecceſſarijs ſtabiliuit legibus & ſanctiõibus. Regnavit annis 45. Diod: Sic: Vrſp.

CELTIBERIÆ.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1946. | 2014. | 1263. |
|-------|-------|-------|

Iberus filius Tubali ſecundus Rex Hiſpaniæ, regiõni nomen (Iberia) dedit, vnde hodierno die fluuius Iberus dicitur. Huic vt & patri, præcipuum ſtudium fuit armenta & iumenta inducere Ber: lib. 5.

| | | |
|------|-------|-------|
| 1949 | 2011. | 1260. |
|------|-------|-------|

ECCLESIÆ.

Thare 70. anno, genuit Abram, Nachor & Aran. Porro Aran genuit Loth, mortuūq;



ATQVE REGNORVM.

mortuusq; est ante patrem suum in terra
natiuitatis suæ in vr Caldæorū. Nachor 8.
genuit filios inter quos vltimus fuit Ba-
thuel qui genuit Rebeccam. Exijt autem
Thare de vr Caldæorum in Aran, vixitq;
205. annis. Gen: ii. Iosephus lib: i. iud:
antiq: capit: 6.

ÆGYPTI.

Decimam sextam Dynastiam, in
Ægypto hoc anno incipit Osyris qui est
Mizraim filius Chiam, vnde Ægyptij Mes-
ræi dicuntur. Docuit autē agriculturam
populos, qui eum vicissim diuino hono-
re profecuti sunt. Hinc Tibullus canit.
Primus aratra manu solerti fecit Osyris.
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus in expertæ commisit semina ter-
ræ, Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere vitē
Et viridem dura cædere falce comam. vx-
orē habuit sororem suam Isidem, quā Æ-
gyptij vt Cererem Romani coluerunt.
Diodo: lib: 1. & 2. Iosep. lib: 1. antiq:
Iud: cap. 6. Berosus lib: 5. Gen: 10.

CELTARVM.

Magus filius Samothis, secundus
Rex Celtarum, multa oppida condidit,
quæ ad hunc vsq; diē ab eo nominantur.

B 2 inter

6.

AN
no Mun
di.

AM-1 AN-
no ante no ante
natum conditā
Christū. Romā.

1956.

2004.

1253.

| AN- no M ^{un} di. | AN no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------------------|------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------------------|------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ter cætera sunt. Nouiomagum, Neomagum, Rhotomagum, & alia plura tam in Belgia quàm Gallia, quæ hodierno die pristinum nomen rerinent. Berofus lib: 5.

BABYL: ET ASSYRIÆ.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1958. | 2002. | 1251. |
|-------|-------|-------|

Semiramis vxor Nini Aſcalonita, post obitum mariti regnat tam Babyloniam quàm Assyriam, non contenta tot tantisque regnis, quæ à viro susceperat, Æthiopes suo imperio subiecit: Indiam, quo præter illam & Alexandrum Magnū nemo intrauit, bello petijt, Babyloniam ex oppido urbem struxit, tandem à filio ob impiam incesti sollicitationem interfecta est, regnavit annis 42. Berof: lib: 5. Trogus, Iustinus, Diodo: lib. 3.

THVYSCONVM.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1963. | 1997. | 1246. |
|-------|-------|-------|

Mannus filius Thuysconis secundus Rex Thuysconum, Berofus hos nominat Rheni Sarmatas. Regnavit autem 37. annis. Berof: lib: 5. Cornelius Tacitus de situ & moribus Germaniæ.

SICYONIORVM.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 1973. | 1987. | 1236. |
|-------|-------|-------|

Stelchin tertius rex Sicyoniorum, quo regnante vsq; adeò cum illo mitia & læta tempora fuerunt, vt eum defunctum velut Deum colerent, sacrificando & ludos celebrando, quos illi primitus institutos

| <p>ATQVE REGNORVM. 7 stitutos ferunt. Regnavit annis 20. vrsip: Eusebius.</p> | <p>AN- no Mun di.</p> | <p>AN no ante natum Christū.</p> | <p>AN- no ante conditā Romaā.</p> |
|--|-------------------------------|--|---|
| <p><i>CELTIBERORVM.</i> Iubalda siue Iubelda tertius rex Hi- spaniarum, ab hoc mons Iubalda nomen accepit quem Mauri Gybaltar vocant, Ptolemęus autem Iubetam appellat. Re- gnavit annis 66. Berof: lib: 5.</p> | <p>1991.</p> | <p>1969.</p> | <p>1218.</p> |
| <p><i>SICYONIO RVM,</i> Apis quartus rex Arcadiae, ab hoc terra dicta est Apia quae prius Aegialea nuncupata fuit. Regnavit annis 25.</p> | <p>1993.</p> | <p>1967.</p> | <p>1216.</p> |
| <p><i>BABY: ET ASSYRIAE</i> Zameis Ninias quinto loco à Nym- broto & secundus Monarcha Babylonijs et Assyrijs imperat, filius Nini & Semira- midis, hic pacis potiùs quàm belli amans tranquillè regnavit annos 38. Berof: lib: 5. Iustinus lib: primo.</p> | <p>2000.</p> | <p>1960.</p> | <p>1209.</p> |
| <p><i>CELTÆ.</i> Sarthon siue Sarron 3. rex Celtarum, hic vt compesceret ferociam & effræna- tam hominum libidinem, publica litera- rum studia instituit. vnde Philosophos & sacerdotes Sarronidas appellant. Ouid: primo de Ponto. <i>Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores nec sinit esse ferox.</i> B 3 Inhaüon</p> | | | |



| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

THVISCORVM.

Inhæuon aut potius inghæuon tertius Germanorum Rex, singulari sapientia & doctrina præditus, ad edomanda ferocia ingenia, & societatem humanam illæsam & tranquille conseruandam, publica Gymnasia, quibus à teneris annis iuuentus, pietate, bonis disciplinis ac virtutibus imbueretur, ordinauit ac instituit. Beros: lib: 5. Corn: Tacitus de situ & moribus Germaniæ.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 2007. | 1953. | 1202. |
|-------|-------|-------|

ITALIÆ.

Cranus Razenuus filius Noe, quem in summa senectute sua genuit, Rex Italiæ constituitur, propter multa beneficia quibus Italos affecit, Deus colitur & veneratur: multaq; loca in Italia ab eo denominata sunt. Sorori suæ mortuæ, iuxta Ianiculum amnem, Lucum solennesq; ritus & diem sacrauit. Berofus lib: 5. Diod: lib: 7.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 2018. | 1942. | 1191. |
|-------|-------|-------|

SICYONIORVM.

Thelasion quintus rex Achaïæ. Huius tempore in Græcia varia Idololatriæ genera erupere, quælibet regio suis principibus idola & statuas ponebat, inde Idololatriæ cultus irrepsit. Eusebius. Abbas Vrspergensis.

Ecclesiæ

ATQVE REGNORVM.

ECCLESIAE.

Abraham septuaginta quinque annorum, à Domino Deo sanctam accepit promissionem, deinde post undecim annos Ismaelem ex Ancilla Sarai nomine Agar, genuit. Gen: 12. & 16.

THVYSCONVM.

Iste non quartus Germanorum Rex, patris vestigia sequitur. Academias, templa, & cultum diuinum alit & amplificat, Regnavit 33. annis. Berof: lib: 2. & 5. Corn: Tacitus, de situ & moribus Germ:

BABYLON: ET ASSYRIÆ

Arius quartus Assyriorum Monarcha, Bactrianos rebellantes suo iugo subiecit, præter hæc nihil memorabile operatus est. Regnavit annos 30. Ber: lib: 5.

ECCLESIAE.

Abraham 99. annorum suscepit signum circumcisionis in signaculum iustitiæ fidei. Gen: 17. Paulus ad Rom: 4.

ECCLESIAE.

Abraham centum annorum iuxta promissionem à Deo acceptam, genuit ex Sarai Isaac, ex cuius semine redemptor humani generis post multa sæcula natus est. Circuncidit autem Abraham filium suum Isaac octava die, ut à Domino Deo mandatum erat. Gen: 21.

Celtiberorum

| AN no Mundi di. | AN no ante natum Christū. | AN no ante conditā Romam |
|-----------------------|------------------------------------|-----------------------------------|
| 2024. | 1936. | 1185. |
| 2035. | 1925. | 1174. |
| 2038. | 1922. | 1171. |
| 2048. | 1912. | 1161. |
| 2049. | 1911. | 1160. |

| AN ^o no Mun di. | AN ^o no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------------------|---|------------------------------------|
| 2057. | 1903. | 1152. |
| 2061. | 1899. | 1148. |
| 2066. | 1894. | 1143. |
| 2068. | 1892. | 1141. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS
CELTIBERORVM.

Brigus 4. rex Hispaniæ, 19. anno Arij imperavit suis Iberis. Multis oppidis, quibus suum nomen indidit, regionē istam exornavit & habitabiliore reddidit. Regnavit autem annis quinquaginta & vno, Berofus lib: 5.

ITALIÆ.

Arunus filius Crani, à patre rex Italiæ creatus, anno 23. Arij. Suscepto regno posuit colonias quas Aurunas appellavit, vnde in Thuscis urbem vocaverunt Aurunum, posteri autem Saturniam dixerunt. Regnavit annis 43.

CELTARVM.

Drius siue Dryius 4. rex Celtarum, vnde Dryiudæ diuinatores appellati sunt Regnavit 2. annis. Diod: lib: 6. Lucanus lib: 1. Plinius in fine 16. lib: nat: Hist: Suetonius in vita Claudij.

BABYL: ET ASSYRIÆ.

Aralius quintus Assyriorum Monarcha, vir ingenio & studio militari clarus, sed etiam delicijs & voluptatibus deditus, Pompas, Gemmas & alia quæ fastū & tumidum animum delectant, præter modum auxit. Regnavit annis 40. Euse: Berof: lib: 5.

CEL-

ATQVE REGNORVM.

9.

CELTARVM.

Bardus 5. Celtarum rex, humaniora studia mirificè coluit & promouit: Poësi & musicam suos docuit, vnde Dardica secta. Regnavit annis 70. Diodorus lib: 6. Berof: lib: 5. Annus Viterbensis.

THVYSCONVM.

Herminon, quintus Germanorum Rex, armis & militari manu strenuus, suos sæuam militiam docuit. Ab isto dicti sunt, Herminones, qui præ cæteris ardua subeunda pericula intrepedi animi fuerunt. Regnavit annis 40. Berof: lib: 5. Plinius de nat. hist: Cornelius Tacitus de situ & moribus Germaniæ.

SICYONIORVM.

Ægidius sextus Rex Apix siue Arcadiæ, suos paterno animo regnavit, annis 34. Abbas Ursper.

ECCLESIAE.

Isaac, pro vt à patre suo Abraham in mandatis habebat, duxit vxorem Rebeccam, filiam Bathuelis, qui fuit de domo & familia Abrahami. Gen: 24. & 25.

ITALIAE.

Malot Tages, filius Aruni à quo Coritus constitutus est, fuit autem Augur proinde Malot quod idem est ac va-

C

tes

AN-
no Mun
di.

AN-
no ante
natum
Christū.

AN-
no ante
conditã
Romã.

2070.

1890.

1139.

2089.

1871.

1120.

2104.

1856.

1105.

| AN no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditū Romā. | CHRONOLOGIA TEMPORIS |
|---------------------|-------------------------------------|------------------------------------|--|
| | | | tes cognomine dictus est, vnde Lucanus lib: 1. <i>Et fibris sit nulla fides sed conditor artis, Finxerit ista Tages, &c.</i> |
| | | | Huius tempore Italia in tribus locis arsit, circa Istros, Cymeos & Vesuuios, vnde Phaetontis incendium. Regnavit annis 42. Theophrast. Plin. nat: hist: Bero. lib: 5. |
| | | | <i>SICYONIORVM.</i> |
| | | | Thurimachus, septimus Rex Arcadiae, quae pars est Achaiae tunc Apia dicta, Huius tempore in Graecia diuersa in diuersis locis regna profiluere, inter caetera etiam conditum est regnum Argiuorum Regnavit autem Thurimachus annis 45. |
| | | | <i>BABYLONIAE. ET ASSYRIAE.</i> |
| 2108. | 1852. | 1101. | Baleus cognomine Xerxes, à victoria & triumpho sic appellatus, fuit enim & rei militaris peritissimus & in victorijs etiam de fortissimis & potentissimis hostibus acquirendis felicissimus. Duplo pluribus gentibus quam Aralius Imperavit & ad Indos vsq; regnum suum propagavit. Regnavit annis 30. Beros: lib: 5, Iustinus lib. 1. |
| | | | <i>CELTIBERORVM.</i> |
| | | | Tagus ormas, rex Iberorum, qui ab hoc dicti sunt Tagi, & regio Taga. Vocatur autē Tagus ormas à Mose Thogorma filius Gomer primogeniti Iaphet. Dedit flumini |



ATQVE REGNORVM. IO.

flumini nomen (tagus) Hinc Iuuenalis,
Tanti inquit, tibi non sit opaci, omnis
arena Tagi. Misit quoq; colonias in Alba-
niam, caspian, Lybiam & Aphricam. Re-
gnauit annis 30. Ptolemæus. Plinius in
I. nat: histor:

THVYSCONVM.

Marsus sextus Germanorum rex à
quo regio Marsorum in Germania. Multa
præclara & commoda instituta in regno
suo ordinauit. Inter alia & hæc sanxit, vt
quotannis Principes Germaniæ conue-
nirent, de regni salute & Repub. confir-
manda ac amplificanda consulerent.
Regnauit annis 68. Cornelius Tacitus de
situ & moribus Germaniæ. Berol: lib. 5.

ECCLESIAE.

60. Isaac sexaginta annorum, genuit ex
Rebecca gemellus, Esau & Iacob. Fugit
autem Iacob in Mesopotamiam quo di-
uitaret insidias, & furentem iram fratris
Esau leniret. Defraudauerat enim Iacob
Esau Benedictione patris, mansit igitur
Iacob 20. annos in Mesopotamia apud
Labanum auunculum suum, cuius duas
filias Rachelem & Liam vxores duxit.
Gen: 27. 28. 29.

ARGIVORVM.

Inachus primus Argiuorum Rex,
C 2 populum

AN-
no Mun-
di.

AN-
no ante
natum
Christū.

AN-
no ante
conditū
Romam

2109.

1851.

1100.

| AN. | AN. | AN. |
|----------------|------------------------------|-----------------------------|
| no ante di. | no ante natum Christi. | no ante condita Romā. |
| 2138. | 1822. | 1071. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Populum leges & iustitiam docuit, & ab
agrestiori ad mitiorem traduxit vitam.
Imperavit autem Argivus annis 50. Ca-
stor Argiuorum scriptor. Abbas Vrsp:

B A B Y: E T A S S Y R I Æ.

Armatrithes septimus Assyriorum
& nonus rex Babylonæ, potius dilicijs &
luxuriæ quam armis incubuit, homo ef-
foeminatissimus, nihil nisi ventrem & gu-
lam curans. Regnavit annos triginta
octo. Berosus lib. 5.

C E L T A R V M.

Longo siue Longho 6. Celtarum
rex. ab hoc Longoni & Lyngoni dicti
sunt. Fuit autem multorum populorum
rex, quod id ipsum nomen significat. Re-
gnavit annos triginta tres. Berosus lib. 5.

C E L T I B E R O R V M.

Bethus siue Bætus, 6. rex Hispaniæ,
à quo Bætica regio dicta est. Idem autem
est Betus siue Bætus ac beatus. Est enim
Bætica terra amænissima, proinde etiam
ab Homero Campus Elysius dicitur. Hinc
Iuuenalis in Satyra inquit:

*Præcipitare volens etiam pulcherrima vestem,
Atq; alias quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus, sed & egregius fons
Viribus oscultis, & Beticus adiuvat aer.*

Et

| ATQVE REGNORVM. II. | ANS no Mun di. | ANS no ante natum Christū. | ANS no ante conditā Romam. |
|--|----------------------|-------------------------------------|-------------------------------------|
| <p>Et Martialis: <i>Beris Oliuifera crimen redimite corona.</i> Regnavit annis 31. Berosus lib: 5. Ptole- meus, Strabo, Homerus, Seneca in Medea.</p> | 2139. | 1821. | 1070. |
| <p><i>ÆGYPTI.</i> Pharao Zoes decimam septimam Dynastiam in Ægypto incipit, vnde po- steri reges Pharaones dicti fuerunt. Re- gnauit annos tres.</p> | 2142. | 1818. | 1067. |
| <p><i>ITALIÆ.</i> Sicanus filius Maloth Tagetis, à quo Vetuloniæ regio cognominata fuit Sicania, tam legibus cōdendis quàm op- pidis ædificandis amplificauit & illustrius effecit regnum suum. Inter cætera condi- dit Aretiam, quæ à Ianigenis Harchia dicta fuit. Regnavit annis triginta. Ber: lib: 5.</p> | 2146. | 1814. | 1063. |
| <p><i>SICYONIORVM.</i> Leucippus octauus Sicyoniorum rex. Regnavit annis quinquaginta tres Vrsp:</p> | 2149. | 1811. | 1060. |
| <p>C 3 Phoroneus</p> | | | |



| AN- no Mun- di. | AN. no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|-----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2159. | 1801. | 1050. |
| 2169. | 1791. | 1040. |
| 2171. | 1789. | 1038. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ARGIVORVM.

Phoroneus filius Inachi & Niobes secundus Rex Argiuorum, quibus primo leges & iudicia conscripsit vernaculo carmine, quia his nondum erant literæ. Regnavit aut 60. annos Xenoph: de æquivocis, Vrsp. D. Augustinus, Plin: lib: 4.

CELTIBERORVM.

Geryon Apher siue Deabus, qui & Chryseus dicitur, septimus Hispaniarum rex Ex Mauritania Hispaniam inuasit, ibiq; Tyrannidem suam triginta quinque annis exercuit. Ber: lib: 5.

CELTARVM.

Bardus Iunior octauus Celtarum rex. Philosophia & humaniora studia, magis quam bellicus furor ipsi cordi & curæ fuit. Publica Gymnasia à maioribus suis instituta, regijs beneficijs exornavit & celebriora reddidit. Regnavit annis triginta octo. Ber: lib: 5. Annus Viterb.

BABYL: ET ASSYRIÆ.

Belochus octauus Assyriorum Monarcha, dicimus Babyloniorum rex. Auspicijs & diuinationibus omnem vitam suam consumpsit. Maiores suos incredibili prosequutus est pietate. Regnavit 35. annis. Berosus lib: 5.

Thuyfconum

ATQVE REGNORVM.

12.

THVYSCONVM.

Gambriuius septimus Germanorū
Rex, à quo denominati sunt Gambriuij,
& terra Gambriuia. Fuit autem armorum
scientia & vsu clarissimus. Nec tamen in-
terim religionem maiorum suorum ne-
glexit, sed templa, aras, & sacerdotes,
condidit & auxit. Cornelius Tacitus de
situ & moribus Germaniæ. Plinius in Nat:
hist: Berof: lib: 5.

AN.
no Mun
di.

AN.
no ante
natum
Christū.

AN.
no ante
conditā
Romā

ECCLESIA.

91. Iacob nonaginta & vnus anni, genuit
ex Rachel in Mesopotamia apud Laban
socerum suum, Ioseph. Nato verò Iose-
pho, adhuc sex annos Iacob in Mesopo-
tania mansit, quibus elapsis, duabus vxor-
ibus Lia & Rachel & vndecim filijs cum
filia Dina assumptis, ingentibus diuitijs
ad patrios reuertitur Lares Gen: 30. et 31.

2200.

1760.

1009.

SICYONIORVM.

Mesappus siue Messapus nonus rex
Achaia, cuius pars est Arcadia, Hoc tem-
pore magna fames fuit in Græcia. Regna-
uit 47. annis. Vriperg:

2202.

1758.

1007.

CELTIBERORVM.

Lomnini siue Trigeminus Geryon,
Tres filij Geryonis fuerunt, ædificauerūt
urbem magnam, quam à suo nomine
Lomnimiam vocauerunt. Omnes verò
ab Hercule

2204.

1756.

1005.

| ANNO no Mundi di. | ANNO no ante natum Christū. | ANNO no ante conditā Romā. |
|-------------------------|--------------------------------------|-------------------------------------|
|-------------------------|--------------------------------------|-------------------------------------|

| | | |
|-------|-------|-------|
| 2206. | 1754. | 1003. |
|-------|-------|-------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ab Hercule filio Osiridis, cuius necis, hi quoq; conscij fuerant, singulari prouocati certamine, interfecti et sublati sunt. Diodorus lib: 1. et 3.

ITALIÆ.

Apis quem Ægyptij Osirim, Hebræi autem Mizraim siue Mesraim vocant, totum terrarum orbem circumlustrans, etiam in Italiam peruenit, ubi Tyrannos, Gygantes Enakios et Lukios, interemit, ac decennium totam Italiam quietè regnavit. Italis reliquens Regem Lestrigonem Gigantem, sibi ex filio Neptuno nepotem, ipse in Ægyptum redijt. Diod: lib: 1. Iosep: lib: 1. antiqui: Iudaic: cap. 6. Berof: lib. 5.

CELTARVM.

| | | |
|-------|-------|-------|
| 2209. | 1751. | 1000. |
|-------|-------|-------|

Lucus, nonus Celtarum rex, tricentesimo tertio anno Belochi Assyriorum Monarchæ regnum adipiscitur. Ab hoc Lucij et Lucenses prope Parisium dicti sunt. Regnavit autem annos tredecim. Berof: lib: 5. Ptolemæus, Annius Viterb:

BABYL: ET ASSYRIÆ.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2211. | 1749. | 998. |
|-------|-------|------|

Baleus secundus huius nominis, nonus Assyriorum Monarcha, vndecimus Babyloniarum rex. Hic post Semiramidem præ cæteris enituit fama: splenduit Imperio

ATQVE REGNORVM 13

imperio vsq; intra Indiam. Regnavit annis quinquaginta duobus Ber: lib. 5.

T H V Y S C O N V M:

Suevus filius Gambriuij, octauus Germanorum Rex, condidit populum, quem à suo nomine Suæuos nominavit. Fuerunt autem Sueui præ cæteris Germanis supersticiosiores, Deū parietib⁹ continere, aut humana corporis specie assimulare nefas erat. Lucos & nemora consecrabant, Deorumq; nominibus appellabant. Sacrum illud erat, quod sola reuerentia videbant. Regnavit Suevus annis 52. Berof: lib: 5. Plinius in Naturali historia, Cornelius Tacitus de situ & moribus Germanorum.

I T A L I Æ.

Lestrigon filius Neptuni, ab Auo Osiride Italiae regnum suscepit, quod annis 45. administravit. Cum autē ille cum suis Tyrannidem coleret, ac quæuis mala & nefanda moliretur, ab Hercule Lybio patrucele suo occisus est, cum reliquis Lestrigonibus. Diod: Siculus. Berof: lib: 5.

A R G I V O R V M.

Apis tertius Argiuorum rex, quem Serapim esse dicunt. De hoc constitutum fuit, vt quisquis eum hominem fuisse dixisset, capitalem subiret sententiam

D

| AN- | AN- | AN- |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romā. |

2216.

1744.

993.

2219.

1741.

990.

| AN. enMun di. | AN. no ante natum Christū. | AN. no ante conditā Romā |
|---------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|
|---------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Vbiverò Isis, ibi plerunq̄ue & Serapis colitur. Erat autem illis simulachrum quod digito labijs impresso admonere videbatur, vt silentium fieret, scilicet ne quis eos homines fuisse diceret, Hoc tempore condita est Memphis in Ægypto. Regnavit autem annis 35. Vrsperg: Eusebius lib: 11. Eccles: Hist.

CELTARVM.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2222. | 1738. | 987. |
|-------|-------|------|

Celtes, dicimus rex Celtarum, à quo nomen habuerunt montes illorum maximi à conflagratione sylvarum, diuidentes Celtas & Celtiberos, sunt autē montes Pyrenici, sic dicti, quod aliquando flagrarunt. Strabo de Hispania. Diod: lib: 6. Varro, Plinius in 3. nat: hist:

ECCLESIAE.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2239. | 1721. | 970. |
|-------|-------|------|

Iacob 130. annorum, dura fame vniuersum orbem terrarum grauissimè affligente, ad filium suum Ioseph, vice regem Ægypti, quem fratres eius mero odij inuidiæq; ductu vendiderant in Ægyptū, cum sexaginta sex animabus, quæ omnes egressæ sunt de femore Iacob, præter uxores filiorum suorū, introijt. Gen: 47. & 48.

CELTIBERORVM.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2246. | 1714. | 963. |
|-------|-------|------|

Hispalus filius Herculis, Lomnijijs in Celtiberia deletis, à patre rex Hispaniarum constituitur, Condidit urbem Hispalim,

ATQVE REGNORVM.

14.

spalim, quæ nunc Sibylia dicitur. Regna-
uit 17. annis. Berof: lib: 5. Rodericus To-
letanus.

SICYONIORVM.

Eratus siue Heratus, dicimus Sicy-
oniorum rex, Regnavit annis quadragin-
ta sex. Abbas Vrsperg:

ARGIVORVM.

Argus filius Apis, succedens patri,
quartus rex Argiuorum, à quo Argi, de
hinc Argiui dicti sunt, Hoc regnante, ce-
pit Græcia vti frugibus, & habere segetes,
delatis aliunde seminibus. Hunc etiam
post mortem diuino honore prosequuti
sunt. Vrspergensis. Iustinus.

ECCLESIAE.

Iacob qui & Israël, septendecim
annos in Ægypto vitam degit. Anno aut
ætatis suæ centesimo quadagesimo se-
ptimo obiit morte. Portarunt verò illum
filius eius post obitum ex Ægypto in terrã
Canaan, vti in vita præceperat, & sepeli-
erunt eum in spelunca duplici, quam
emerat Abraham. Gen: 49. & 50.

ITALIAE.

Hercules filius Osiridis, cui nomen
est Lybius, cum Iside in Ægypto sustulit
Thyphonem: in Phœnicia Busiridem:
alium verò Thyphonem in Phrygia: Mi-

D 2 linum

| AN. | AM. | AN. |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditã Romã. |

2249.

1711.

960.

2256.

1704.

953.

2261.

1699.

948.

| AN- no ante Christū. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2263. | 1697. | 946. |
|-------|-------|------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

linum in Creta: Auteum in Lybia: Lom-
nimos in Celtiberia: In Italia autē decem
annis oppugnauit Lestrygones: Deinde
20. annos pacificè regnauit Italiam, atq;
in ea multa oppida condidit, Diod: Si-
culus, Berofus lib: 5. Ptolemæus.

BABYLON: ET ASSYRIÆ.

Altades siue Athades, decimus Assy-
riorum Monarcha, duodecimus Babylo-
niæ rex, delitijs potiùs quā armis operam
nauans, diuitias à maioribus maximo la-
bore & sudore acquisitas, decoxit & dissipa-
uit. Regnauit annis 32. Berofus lib: 5.

CELTIBERORVM.

Hispanus filius Hispali, nepos Her-
culis, ab hoc Celtiberia Hispania dicta est.
Regnauit autem vsque ad Herculis, aui
sui in Celtiberiam aduentū annis decem.
Rodericus, Toletanus.

THYSCONVM.

Vandalus filius Sueui, nonus Ger-
manorum rex, ab eo dicti & orti sunt
Vandali & Vindelici, Nam Vindelici
Vandalisci sunt, quia idem nomen apud
diuersas nationes, mutatis vocalibus &
quandoque syllabis variari solet. Regna-
uit autem 32. annis. Annus Viterbensis
in 5. lib: Berof:

Ægypti

ATQVE REGNORVM.

15

ÆGYPTI.

Chebron hoc anno Imperium suscipit in Ægypto, à quo secundus fuit Ioseph filius Iacob. Regnavit autem Chebron 13. annos, Vrsip: Diod: Sic: lib: 2.

CELTIBERORVM.

Hercules Lybius, sublati Gigantibus & nepote suo Hispano mortuo, Hispanis imperat. Pacem & religionem colit. Rempublicam legibus & statutis munivit. Regnavit Hispaniam post mortem nepotis sui 39. annos atq; in Celtiberia mortuus est. Cuius ossibus Hispani opulentum sepulchrum & templum condidere apud Gades. Pompo: Mela, Iginus, Berofus lib: 5. Diodorus Siculus.

CELTARVM.

Galathes undecimus Celtarum rex, ab hoc Celtæ, qui prius Samothæi siue Samotei appellabantur, Galatæ dicti sunt. Sciendum autem est quemadmodum nomen (Celtæ) tam Germanis quam Gallis commune fuit: Ita quoq; Germani vnà cum Gallis Galatæ vocati sunt. Regnavit annis 63. Lucil: Tarr: lib: 4. super Appollonium. Athenæus lib: 5. Dipnosophist: Berofus lib: 5.

ÆGYPTI.

Amenophis siue Amenoptes, apud

D 3

Ægyptios

AN-
no Mun
di.

AN-
no ante
natum
Christū.

AN-
no ante
conditā
Romā.

2267.

1693.

942.

2273.

1687.

936.

2280.

1680.

929.

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christi. | AN- no ante condita Romã. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

2291.

1669.

918.

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Ægyptios rerum gubernacula tenet. His temporibus *Prometheum*, qui homines de luto fecisse fingitur, in *Græcia* vixisse aiunt. Regnavit annis 21. *Abbas Vrspergensis*. *Diodorus Siculus* lib: 2.

ITALIÆ.

Tuscus filius *Herculis*, Rex *Italiae*, à quo *Tusci* denominati sunt, licet quoq; à sacifico ritu ita appellati fuerint. Condidit oppida quædam & illustriorem reddidit *Italiam*, virtutes paternas æmulans. Regnavit annis 27. *Annius Viterbensis* de *Hetruria*.

BABYL: ET ASSYRIÆ.

Mamitus, undecimus *Assyriorum* Monarcha, decimus tertius *Babyloniae* rex, delicijs, vnguentis & opobalsamis, quibus antecessores sui omne vitæ suæ tempus contriuerant, abdicatis & neglectis, ad militarem disciplinam totus se confert. Arma, quæ *Altadis* tempore quieuerant, ad solitos producuntur labores. Fuit autem *Mamitus* ob militiæ gloriam vicinis principibus, præsertim *Syris* & *Ægyptijs* formidini & terrori. Regnavit annis 30. *Berosus* lib. 5.

THYSCONVM.

Teutanes, decimus *Germanorum* Rex, ab hoc *Teutones* & *Teutonia* nomen.

men accepit. Extitit autē Germanorum Mercurius, cui cognomentū, Teutanes, sacrificus ritus indidit. Reddebat enim pallantes eos qui sibi gratis immolebantur. Teu enim laudem & Teudas laudatorem, Taam verò & Tanam pallentem gratis, Hieronymus & Talmudistæ interpretantur. Hinc Teutanes, laus Pallantis gratis dicitur. In laudem enim sacrificij victimandi gratis, pallebant effusione cruoris, vnde Lucanus lib: 1.

*Et quibus immixtis placatur sanguine diro
Teutanes, horrensq; feris altaribus hasus.
Berosus lib: 5.*

SICYONIORVM.

Plemmeus siue Plenmeus, vndecimus Arcadiæ Rex, huius tempore arma Mamiti Assyriorū Monarchæ, multorum regum animos conturbarunt. Regnavit annis 48. Castor.

ÆGYPTI.

Mephres rex Ægypti, multa mala à Mamito Babylonix rege perpeffus est. Anno nono huius, Princeps Ægyptiorū Ioseph, qui sub quinq; regibus summum Principatum in Ægypto tenuit, mortuus est. Regnavit autem Mephres annis 12. Bambergensis, Diod: Siculus lib: 2.

ECCLESIAE.

Ioseph filius Iacob Princeps magnus Ægypti,

AN-
no Mun
di.

AN-
no ante
natum
Christū.

AN-
no ante
conditā
Romā.

2301.

1659.

908.

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2310. | 1650. | 899. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Ægypti, Centum & decem annorum mortuus est. Omnis autem *Israel* illum ingenti luctu planxit, & conditus aromas tibus, repositus est in loculo in *Ægypto*. Post obitum *Iosephi* elapso aliquo temporis interuallo, populus *Dei*, à regibus *Ægyptiorum*, qui nescij beneficiorum, quibus vniuersam *Ægyptiam* affecerat *Ioseph*, grauiissima seruitute & Tyrannide afflictus fuit, duravit seruitus *Ægyptiaca* à morte *Ioseph* vsque ad exitum annos 144. *Gen*: ultimo, *Exodi* primo.

110.

144.

CELTIBERORVM

| | | |
|-------|-------|------|
| 2312. | 1648. | 897. |
|-------|-------|------|

Hesperus, filius *Herculis*, rex *Hispaniæ*, à quo *Hesperia* denominata est. *Græci* verò dicunt *Italiã* & *Hispaniã* *Hesperias* dici à stella *Hespero*, quo *Græci* in *Hispaniam* & *Italiam* adnauigant, sed hoc falsum est: nam idem de hoc *Sydere* ad *Galliam* referri posset: sed nemo scriptorum concedit *Galliam* dici *Hesperiam*. Ergò non à stella sed à rege *Hespero* *Hesperia* dictæ sunt. *Berosus* lib: 5. *Iginus*.

ÆGYPTI.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2313. | 1647. | 896. |
|-------|-------|------|

Mispharmutiosis aut *Mispharmutosis*, post *Memphrem* summam rerum administrationem in *Ægypto* tenet. Regnavit annis 26. *Abbas* *Vrspergensis*, *Bambergensis*. *Diodorus* lib: 2.

Italia.

ATQUE REGNORVM.

17

ITALIÆ.

Altheus Thusci filius. Regnavit post patrem apud Ianigenas annis 7. Berofus lib. 5.

ANº
no Mun
di.

2318.

ANº
no ante
natum
Christū.

1642.

ANº
no ante
conditā
Romā.

891.

ARGIVORVM.

Grassus vel Criassus, quintus rex Argiuorum. Regnavit annis 54. Castor.

2324.

1636.

885.

ITALIÆ.

Hesperus pulsus à fratre ex Celtiberia, in Italiam venit, ibiq; 11. annis regnavit. Berof: lib. 5. Fabius pictor de Aurco sæculo.

2325.

1635.

884.

CELTIBERORVM.

Kitim qui & Atlas dicitur Celtiberos regit annis vndecim. Berof: lib: 5. Iginus, Aretinus Tortellius.

BABY: ET ASSYRIÆ.

Mancalus siue Manchaleus, duodecimus Assyriorum Monarcha, decimus quartus Rex Babyloniorum, vestigia patris minimè ingressus est, sed voluptatibus & delicijs contaminatus vsque adeò fuit, vt nihil illi cordius neq; prius fuerit, quam gulæ & ventri obsequentissimum seruum se præstare. Ber: lib: 5.

ITALIÆ.

Kitim, qui ob mentis excellentiam Italus Athlas appellari promeruit, Ianigenis

E

genis

| | | |
|---------------------|------------------------------------|-----------------------------------|
| AN no Mun di. | AN no ante natum Christū. | AN no ante conditā Romam |
|---------------------|------------------------------------|-----------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

genis qui ab eo Itali dicti sunt. Imperavit annis 19. Locavit filiam suam Electram Corito Thusciae principi: Romam verò Regnam Aboriginibus sacrauit. Berofus lib: 5. Fab: Pict: de Aureo tœculo.

CELTIBERORVM.

Sicorus filius Kitim siue Itali à patre Rex Celtiberorum ordinatur, ab hoc dicti sunt Celtiberi Sicori, & amnis Sicorus: Hinc Lucanus: *Hesperios inter Sicoros non vltimus amnis:* Regnavit Sicorus Hispanias annis quadraginta sex. Berof: lib: 5. Iginus. *Annius Viterbensis.*

CELTARVM.

Lugdus siue Lugdunus duodecimus Celtarum rex. Ab eo Lugdunensis prouincia dicta fuit, Incolas autem Lugdouicos, quos postea G. ablata, Ludouicos dixerunt. Regnavit autem Lugdus 51. anno, Berofus lib: 5.

THVISCORVM.

Alemannus vndecimus Germanorum rex, à fortitudine & rerum gestarum magnitudine, Hercules dictus. Proinde omnium virorum fortium fortissimi Germani, ituri in prælia, hunc Herculem canunt & inuocant carminibus quibusdam. Ab eo Alemanni cognominati sunt



ATQUE REGNORVM.

18

sunt. Regnavit autem 48. annis. Berof:
lib: 5. Cornelius Tacitus, de situ & mori-
bus Germaniæ. Macrobius in Saturnal.

LATIO RVM.

Roma filia Itali siue Kitim, prima
Regina Latijà patre constituta est, dici-
tur hanc urbem condidisse, quam à suo
nomine Romam appellavit, sed potiùs
oppidum quàm vrbs dici potuisset. Re-
gnavit 46. annis, Berof: lib. 5. Solinus
capite 2. Plutarchus in vita Romuli. Dio-
nysius Halicarnassæus lib: 1. Epigenes in
Apologetico contra Italos.

ÆGYPTI.

Thutemosisvel Theomesis Ægypti-
orum rex, in gravissimam servitutem
Israëlitas subegit. Regnavit annis sex.

SICYONIORVM,

Orthopolis duodecimus rex Arca-
diæ. Regnavit 63 annis, Diod: Siculus
lib. 2.

ÆGYPTI.

Amenophus siue Amenoptes Rex
Ægyptiorum Tyrannorū crudelissimus
fuit, Hebræorum filios interfici iussit, an-
no 29. huius natus Moses. Exodi 1. & 2.

ITALIÆ

Morges filius Itali, rex Italiæ con-

E 2

stitutus

AN- AN- AN-

no Mun
di.

no ante
natum
Christū.

no ante
conditā
Romam

2339.

1621.

870.

2343.

1617.

866.

2345.

1616.

854.

2355.

1605.

854.

| AN | AN | AN |
|---------------|------------------------------|----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romā |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

stitutus à patre, Colonias in Latium mi-
sit, quas à se Morgetas nominavit. Re-
gnavit annis viginti. Ber: lib: 5. Lactan-
tius in fine primi libri institut: diuinarū
Plin. lib: 3. nat: hist.

BABYLONIA. ET ASSYRIA.

Spherus siue Sferus decimus tertius
Assyriorum Monarcha, decimus quintus
Babyloniæ rex, prudentia & rebus præ-
clare gestis famosus. Anno huius 2. Deu-
calion ortus est. Reg: annis 20. Ber: lib: 5.

ECCLESIA.

Moses filius Aniram hoc anno natus,
tribus mensibus in domo patris sui à fu-
rore Amenophis absconditus fuit. Cum
autem amplius cæleri non posset, acce-
perunt parentes eius fiscellam scirpeam,
quam bitumine ac pice liniuerunt ac in-
fantulum intus posuerunt, eumq; in ca-
recto ripæ fluminis exposuerunt. Filia
verò Pharaonis videns Fiscellam in Papy-
rione, misit vnā ē famulabus suis ad fe-
rendam eam. Allatam aperiens, reperit in
ea paruulum vagientē, quem non solum
incolumem conseruauit, verum etiam in
filiū adoptauit. Exodi, 2. 3. 4. Sabellicus.

ITALIA.

Camboblascon filius Blasconis, à Mor-
gete filio Itali, rex Italia ordinatus, à di-
guitate

8374.

1586.

835.

2375.

1585.

834.

ATQVE REGNORVM. 19

gnitate dictus fuit Coritus: id est, hastatus
Iupiter sceptro. Regnavit 33. annis. Ber:
lib: 5. Dionysius Halicarnassens lib: 1.
BABYL: ET ASSYRIÆ.

Mamelus decimus quartus Assyrio-
rum Monarcha, decimus sextus Babylo-
niæ rex, nihil memorabile edidit, nisi
quod ventrem & gulam studiosissime co-
luerit. Regnavit annis 30. Berof: lib: 5.

ARGIVORVM.

Phorbas sextus Rex Argiuorum,
Deucalion huius tempore floruit. Re-
gnavit Phorbas annis 35. Castor.

ÆGYPTI.

Orus Ægyptiorum rex, solita ma-
iorum suorum Tyrannide Israëlitæ affli-
xit. Regnavit annis 38. Vrsperg: Bam-
bergensis.

CELTIBERORVM.

Sicanus filius Sicori, patri successit
anno Mameli octavo, Sicanum nomen
Siculis & Italis tributum legimus & cele-
bre nomen est apud Poëtas & Historicos.
Regnavit autem vsque ad secundum
annum Spareti, id est, annis vno & trigin-
ta. Eusebius, Bero: lib: 5. Lucanus.

LATIO RVM.

Romanessus filius Romæ, primus
rex aboriginum montanorum, quem ob

E 3

incredibilem

| AN | AN | AN |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romā. |
| 2378. | 1582. | 831. |
| 2379 | 1581. | 830. |
| 2382. | 1578. | 827. |

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CRONOLOGIA TEMPORIS

incredibilem sapientiam & singularem ingenij laudem, Latij diuino honore prosequuti sunt. Solinus cap: 2. Sempronius de partitione Italiae.

CELTARVM.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2387. | 1572. | 822. |
|-------|-------|------|

Belgius decimus tertius Celtarum rex. Ab eo Belgium dictum fuit. Regnavit annis viginti & vno. Ber: lib: 5.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2405. | 1555. | 804. |
|-------|-------|------|

BABYLONIAE ET ASSYRIAE.

Spartus decimus quintus Assyriorum Monarcha, decimus septimus Babyloniorum rex. Sub hoc multa prodigia contigerunt. Terræmotus Babylonios terruit: incendium Phaetontis fuit: Diluuium Deucalionis in Thessalia homines & bestias necavit. Hic etiā Phœnices & Syros subegit. Regnavit quadraginta annos. Berofus lib: 5.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2406. | 1554. | 803. |
|-------|-------|------|

SICYONIORVM.

Maratus siue Marathus, primus huius nominis, decimus tertius Sicyoniorum rex. Eius tempore Atheniensium regnū initium sumpsit à Cecrope, primo illorum rege. Eusebius.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2408. | 1552. | 801. |
|-------|-------|------|

ITALIAE.

Iasius filius Coriti, eodem anno quo Cecrops Athenienses condidit, apud Ianigenas regni habenas accepit. Regnavit à tertio

ATQVE REGNORVM.

20

à tertio anno Spareti vsque ad decimum tertium annum Ascathadis, id est, annos quinquaginta. Dolo interemptus est à fratre suo Dardano. Diod: Siculus. lib: primo, Eusebius, Plinius in septimo libro nat: histor:

CELTARVM.

Iasius decimus quartus Celtarum rex. Hunc subditi sui ob præclarã humanitatis & clementiæ virtutē, vnicè amarunt & dilexerunt. Regnavit annis quadraginta quatuor. Berof: lib: 5.

ATHENIENSIVM.

Cecrops, qui & Diphyes dictus est, natione Ægyptius, Argiuorum regno relicto, condidit in Acta, quæ nunc Attica dicitur, Athenas quas & Diadas vocant, primusq; Atheniensium rex fuit. Ab eo, regio Cecropia dicta est. Hic bouem immolans, primùm Iouem inuocavit, eumque in sacrificio adorari præcepit. Hisce etiam temporibus templum Apolloni Delphis constructum fuit. Regnavit Cecrops annis quinquaginta. Berof: lib: 5. Augustinus lib: decimo octavo de civitate Dei.

CELTIBERORVM.

Siceleus, anno nono Spareti, in Hispania regni scepra assequitur. Lite inter Iasium &

| AN- | AN- | AN- |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditã Romã. |

2413.

1547.

796.

| AN- | AN- | AN- |
|---------------|------------------------------|------------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā. Romam |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

sium & Dardanum fratres, de regno Italiae orta à Iasio atq; Thuscis, ex Hispania in Italiam vocatus, Dardanum, qui fratrem insidiosè interfecerat, Italia pepulit atq; exclusit. Regnavit triginta novem annis. Dionysius Halicarnais: lib: pri: Rodericus Tolet: de regibus Hispaniae. Verg: sep: *Aeneidos*.

ARGIVORVM.

Troiphas septimus Argiuorum rex, Idololatriæ cultum singulari superstitione veneratus est. Regnavit annis quadraginta sex. Castor.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2417. | 1543. | 792. |
|-------|-------|------|

ÆGYPTI.

Acenchris siue Acengeres, Ægyptiorum rex, à tyrannide, qua maiores sui Israëlitas afflixerunt, haud destitit, sed indices crudelius in eos fuit. Regnavit annis duodecim. Berofus lib: 5. Diodor: Sic: lib: secundo.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2429. | 1531. | 780. |
|-------|-------|------|

Achorus siue Achoris, post Acenchrē Ægyptiaco regno potitur, nec minus severus in populum Domini quàm antecessores sui. Regnavit annis novem. Berofus libro quinto.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2436. | 1524. | 773. |
|-------|-------|------|

SICYONIORVM.

Marathus secundus huius nominis, decimus

decimus quartus Sycioniorum rex. Hic viribus & potentia, nullo eius sæculi rege inferior fuit. Regnavit viginti annis. Eusebius.

ÆGYPTI.

Chencres, impius ille Tyrannus, qui toties manifesto Dei præcepto reluctatus est, hoc anno in Ægypto Tyrannidem arripit, quam annis sedecim, summa seueritate & iniquitate sustinuit. Tandem in mari rubro, Israëlitas persequens, cum toto exercitu suo & equitibus interijt. Berofus lib: 5. Eusebius, liber de Imagine Mundi. Diodorus Siculus. lib: secundo.

BABYLON: ET ASSYRIÆ.

Ascatades, decimus sextus Assyriorum Monarcha, decimus octauus Babylonix rex, omnē Syriam suo imperio penitus subiecit. Eius quoq; tempore condita est Troia. Regnavit annis quadraginta & vno. Berofus libro quinto.

CELTIBERORVM

Lusus filius Sicelei post patris obitum in Celtiberia regnare cepit. Lusitaniam ab eo denominatam esse, nemo Doctorem refragatur. Dicitur autem esse Lusus, quod more Arameo. ubiq; sacraludis & saltu agebat, vti quandoq; regius

F. ille:

| AN- no Mun- di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|-----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2438. | 1522. | 771. |
| 2445 | 1515. | 764. |
| 2452. | 1508. | 757. |



| AN- | AN- | AN- |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romā. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ille Propheta David ante Arcam fœderis
lusit & saltavit. Eusebius, Rodericus To-
letanus. 2. Reg: cap: 6.

CELTARVM.

Allobrox siue Allodrox, id est, Au-
stralis commixtio, decimus quintus Cel-
tarum rex. Ab eo Allobroges dicti sunt,
habentq; illustres & celebres ciuitates,
Viennam, Gebennam & Auinionem.
Regnauit annis sexaginta quatuor. Be-
rosus lib: quinto.

LATIO RV M.

Picus priscus filius Romanessi pri-
mi Latiorum Saturni, patri in regno La-
tiorum succedit. Regnauit annis quin-
quaginta septem. Berofus lib: 5.

ECCLIESIÆ.

Moses filius Aniram, post multa coram
Pharaone præstira miracula, Israëlitæ ex
Ægyptiaca seruitute, quam centum, qua-
draginta & quatuor annos, à morte Iose-
phi æquissimo animo tulerant, liberauit.
Cum autem Chencres, sic enim Pharao
ille vocabatur, populum Domini perse-
queretur, in mari rubro, cum omni exer-
citu suo, suffocatus est. At Israëlitæ sine
villo impedimento per præfatum mare,
incolumes transierunt & in desertum,
singulari Dei virtute, peruenerunt. Iudi-
cauit. 40.

2453.

1507.

756.

2454.

1506.

755.

cavit Moses Israel in deserto annis quadraginta. Ber: lib: 5. Corn: Tac: diurnalium lib: 21. Diod: Sic: lib: 2. Exod: 5. 6. & reliquis cap:

ÆGYPTI.

Acherres, Chencre in Mari rubro deleto, post ralem tantumq; Tyrannum Ægyptiorum rex constituitur. Regnavit annis octo, Bambergensis. Diodorus Sic: lib. 2.

SICYONIORVM.

Echytrens siue Echireus decimus quintus Sicyoniorum rex . Regnavit annis quinquaginta quinq;. Vrspergensis.

ITALIÆ.

Coribantus filius lasij regis Italiæ, post obitum patris Ianigenas regit. Proprie dictus est Ban: Cori verò cognomen fuit. Dicitur eum condidisse Coretum. Regnavit annis quadraginta octo Berosus libro quinto.

ATHENIENSIVM.

Granaus, secundus rex Atheniensium Post Cecropem , qui in mari rubro vna cum Chencre submersus esse dicitur, imperat Atheniensibus annis nouem. Vrspergensis, liber de Imagine mundi.

ARGIVORVM.

Crochopus vel Crotopus, octauus Argiuorum rex. Regnavit annis viginti & vno. Castor.

AN^o
no Mun
di.

AN^o
no ante
natum
Christū.

AN^o
no ante
conditā
Romā.

2456.

1504.

753.

2458.

1502.

751.

2459.

1501.

750.

F 2

Ægypti



| A-N no Mun di. | AN. no ante natum Christū. | AN. no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2462. | 1498. | 747. |
| 2467. | 1493. | 742. |
| 2477. | 1483. | 732. |
| 2480. | 1480. | 729. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ÆGYPTI.

Cherres, Ægyptiorum rex. Regnavit annis quindecim. Berofus lib. 5.

ATHENIENSIVM.

Amphytreon siue Amphitition, tertius Atheniensium rex. Scriptores de eo memorabilia referunt. Regnavit annis decem. Vrspergensis. Naucerus Generatione vicesima septima.

ÆGYPTI.

Armeus qui & Danaus dicitur, post Cherrem apud Ægyptios regni gubernacula suscipit. Regnavit annis quinque. A fratre suo Ægypto, regno eijcitur. Berofus libro quinto. Manethon in complem: Diodorus Siculus lib: 2 cap: 2.

ATHENIENSIVM.

Erichtonius quartus Atheniensium rex. Athenas egregijs & splendidis ædificijs mirificè adornavit. Hic primum iunxit currum. Ipse quippe in templo Vulcani & Mineræ, quod ambo vnum habebant, inuentus est puer à Dracone inuolutus, quod significavit eum magnum futurum. Et cum parentes eius ignoti essent, propter commune templum dicitur esse Vulcani & Mineræ filius. Regnavit annis quinquaginta. Iustinus.

ARGIVORVM.

Stenelus nonus Argiuorum rex. Postquam

ATQUE REGNORVM.

23

Postquam vndecim annis regnasset, à Danao, quem hospitio susceperat, Argiuorum regno expellitur. Eusebius. Diodorus Siculus libro secundo.

ÆGYPTI.

Ramesse siue Remesse, qui & Ægyptus dicitur, Ægyptum, quæ ab eo Ægyptus denominata est, antea enim Aeria dicta fuit, occupauit. Huic frater erat Danaus, qui habuit quinquaginta filias: Ægyptus verò totidē habuit filios, quos Danaus simulatis nuptijs, per filias suas vna nocte omnes occidit, excepto Lynceo, qui commiseratione suæ sponsæ efugit. Regnavit Ramesse annis sexaginta octo. Berofus lib. 5. Diod: Sic: lib. 2.

TROIANORVM.

Dardanus, occiso fratre suo Iasio, rege Ianigenarū, in Samothraciam fugit, ibiq; aliquot annos delituit. Ultimo autem anno Ascatadis regis Assyriorum, donauit Ato Dardanum, parte agri Mœconici, in qua condidit urbem, quàm à suo nomine Dardaniam appellauit, quæ postea Troia dicta fuit. Præterea Dardanus, si qua iura in Italiæ regno habebat, resignauit Turrino filio Atus. Regnavit Dardanus annis triginta & vno. Berofus lib: 5. Archilochus de temporibus.

F 3

Babiloniæ

| AN | AN | AN |
|------------|-------------------------|------------------------|
| no. Mundi. | no. ante natum Christi. | no. ante conditã Romã. |
| 2482. | 1478. | 727. |
| 2484. | 1476. | 725. |

2482.

1478.

727.

2484.

1476.

725.

AN AN AN

no Mun no ante no ante
di. natum conditā

Christū. Romā.

2486. 1474. 723.

2489. 1471. 720.

2491. 1469. 718.

CHRONOLOGIA TEMPORIS

BABY: ET ASSYRIÆ

Amyntes siue Amyntas, decimus septimus Assyriorum Monarcha, decimus nonus rex Babylonix, delicijs & libidinibus, citra regni curam, egregie indulgit. Regnavit annis quadraginta quinque. Eusebius, Manethon in Supplemento.

CELTIBERORVM.

Siculus, post Lulium Hispaniam gubernat annis sexaginta & vno. Observandum est, aliquando Celtiberos proprie non habuisse reges, sed electissimos duces. Nam eos non appellabant vocabulo Arameo Iberico (Ry) id est reges, sed (Sic) id est, duces nominabant. Manethon in Supplemento. Eusebius.

ARGIVORVM.

Danaus, decimus rex Argiuorum, à quo Danai dicti sunt. Eius tempore, celeberrimum templum Delphis à nefario quodam homine, qui Flegius dictus fuit, incensum & in fauillas redactum est. Fuit etiam in Ægypto, Busyris, filius Neptuni & Lybiæ filix Epaphi, qui dum apud loca Nilovicina tyrannidem exerceret, transeuntes hospites crudeli scelere posita ara interfecit. Regnavit Danaus annis quinquaginta. Manethon in Supplemento. Ouid: 9. Metamorph: Ecclesiæ

ATQVE REGNORVM.

24

AN
no Mun
di.

AN
no ante
natum
Christū

AN
no ante
conditā
Romam

ECCLESIAE.

17.

Iosue filius Nun, post mortem Mosis
Israëlitas in terram promissionis ducit.
Dum Amorrhæos persequeretur, ad fer-
uentes preces eius, Sol & Luna in medio
cæli immobiles destiterunt, donec hostes
ad internecionem ferme omnes prostra-
uisset. Iudicauit populum Domini annis
17. Iosue libro toto:

2494.

1466

715.

ITALIAE.

Thurrenus filius Athus familia Her-
culea, cui Dardanus ius suum quod in
Italia habere prætendebat donauit, in
Italiam Ianigenam ad nauigans, à Cori-
banto & Cybele prompto & hilari ho-
spitio exceptus & in super ciuitate Raze-
na donatus est. Condidit ciuitates
quasdam, quæ Thurrenæ ab eo denomi-
natæ sunt. Regnauit annis quinquaginta
& vno. Berosus libro quinto. Manethon
in Supplemento. Dionysius Halicarnas-
seus lib: 1. Myrsilus de bello Pelasgico.

2506.

1454.

703.

LATIO RVM.

Faunus Priscus, Rex aut potius sub-
regulus Latiorum siue Aboriginum crea-
tur. Regnauit summa prudentia annis
triginta. Manethon in Supplemento.
Dionysius Halicarnas:

2510.

1450.

692.

Ecclesiæ



| AN. no Mundi di. | AN. no ante natum Christū. | AN. no ante conditā Romā. |
|------------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2511. | 1449. | 698. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS
ECCLESIAE.

Othoniel filius Cenez, frater Caleb, à Domino Deo dux & vindex libertatis, Israëlitis datus est. Cum enim populus Domini, Deum creatorem & defensorem suum reliquissent, ac Dijs gentium serui-
issent, tradidit eos Deus in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ, cui octo annis subiecti fuerunt, liberati autem sunt ex ea seruitute per Othoniel, qui iudicauit eos 40. annis. Iud: tertio.

40.

SICYONIORVM.

Chorax decimus sextus Sicyoniorum rex. Huius tempore Liber pater in India militat, in cuius exercitu fuerūt foeminae dictæ Bacchæ. Vrsp: Orof: lib: 1. cap: 9.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2515. | 1445. | 694. |
|-------|-------|------|

TROIANORVM.

Erichthonius filius Dardani & Batheæ filia Teucris, secundus rex Dardanorum. Phrygiã, eo enim nomine pars illa Mœonici agri dicitur, splendidis oppidis illustrauit, & cultiorem reddidit. Regnavit annis septuaginta quinque, Archilochus de temporibus, Manethon in Supplemento.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2516. | 1444. | 693. |
|-------|-------|------|

CELTARVM.

Romus, decimus sextus Celtarum rex, ab eo dicti sunt Romandui, qui modo Romandisi, in Gallia Belgica & in decurru Rhodani, sub Vienna sunt. Oppida dicuntur

ATQVE REGNORVM.

25

AN- AN-

AN-

dicuntur Romum & Roma, quàm postea per interpretationem nuncuparunt Valentiam. Regnavit triginta quinque annis. Ptolemæus. Manethon in Supplemento.

no Mun
di.

no ante
natum
Christū.

no ante
conditā
Romā.

ATHENIENSIVM.

2527.

1433.

682.

Pandion, quintus Atheniensium rex, Atticos regit annis triginta novem. Hic celebris nominis fuit, ob duas quas habuit filias, Prognem & Philomenam, de quibus multa multis in locis Historici et Poetæ scribunt & canunt. Eusebius, Abbas Urspergensis. Ovidius 9. lib. Metha.

BABY: ET ASSYRIÆ.

Belochus junior, qui & Belothus dicitur, decimus octavus Assyriorum Monarcha, 20. Babyloniorum rex. Eius tempore Cadmum Thebis regnasse: Corinthum à Sypho conditam: Tharsum & Paphum ædificatā esse, Græci scriptores tradunt. Regnavit annis viginti quinque. Herodotus, Eusebius, Manethon in Supplemento, Plutarchus in vita Thesei.

2531.

1429.

678.

LATIO RVM.

Amnus Faunigena filius Fauni Prisci post obitum parentis Aboriginibus imperat annis septendecim, Manethon in Supplemento.

2540.

1420.

669.

SICYONIORVM.

Epopeus decimus tertius Sicyoniorum rex, Hoc tempore Radamanthus & Sarp.

2541.

1419.

668.

G

& Sarp.



| AN. noMun di. | AN no ante natum Christū. | AN no ante conditā Romā |
|---------------------|------------------------------------|----------------------------------|
|---------------------|------------------------------------|----------------------------------|

2550.

1410.

659.

CHRONOLOGIA TEMPORIS

& Sarpedon Lycijs præfunt. Regnavit annis triginta quinque, Vrspergensis.

ARGIVORVM.

Lyceus siue Lynceus, vndecimus Argiuorum rex. Hic solus ex quinquaginta filiis Ægypti, beneficio sponsæ suæ superstes fuit. Regnavit quadraginta & vno anno. Vrspergensis, Diodor: Sicul.

ÆGYPTIORVM.

Menophis siue Menoptes, Ægyptijs imperat annis quadraginta. Eius tempore Labyrinthus in Ægypto ædificauit Miris. Manethon in Supplemento. Diodor. Siculus lib. 2.

CELTIBERORVM.

Testa Lybius, primo anno Menophis regis Ægypti, apud Hispanos regni habenas suscipit. Hic oriundus fuit Lybia, Tritonide patriæ Mineruæ Palatæ. Condidit in littore urbem, quàm Testam appellauit, à qua Ptolemæus contestanos populos vocat. Regnavit annis septuaginta quatuor. Silius, Iustinus, Rodericus Toletanus de regibus Hispaniæ. Manethon in Supplemento.

2551.

1409.

658.

ECCLESIAE.

Aioth filius Gera filij Gemini, qui vtraque manu pro dextera utebatur Dux Iudæorum constituitur. Hic Israëlitas, ex dura

80. dura seruitute qua Eglon Moabitarum
 rexeos annis octodecim grauissimè pres-
 sit, liberauit & vindicauit. Cum enim
 Hebræi, Moabitæ, munera quædam per
 Aioth misissent, ipse regem interfecit &
 quieuit terra octoginta annis. Iudicum
 tertio.

CELTARVM.

Paris septimus Celtarum rex. Hic Pa-
 risios, populos in Lugdunensi Gallia
 condidit, quorum Metropolis hac nostra
 ætate Parisius dicitur. Eusebius. Ptole-
 mæus, Manethon in Supplemento.

BABYL: ET ASSYRIÆ.

Belopares siue Bellepares decimus
 nonus Assyriorum Monarcha, vice-
 simus primus Babyloniorum rex. Eius tempore
 Minos ille in creta: & Celeus in Eleusina,
 regni gubernacula tenuit. Regnavit an-
 nis triginta. Eusebius, Manethon in Sup-
 plemento. Metasthenes de iudicio temp:

ITALIÆ.

Tarcon aut Tarchon filius Thurreni,
 post patrem imperauit Italis viginti tri-
 bus annis. Manethon in Supplemento.

ATHENIENSIVM.

Erichtheus sextus rex Atheniensium.

G 2 Huius

| AN- | AN- | AN- |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romam |

| | | |
|-------|-------|------|
| 2556. | 1404. | 653. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2557. | 1403. | 652. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2567. | 1393. | 642. |
|-------|-------|------|

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2576. | 1384. | 633. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2580. | 1380. | 629. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2582. | 1378. | 627. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2586. | 1374. | 623. |
|-------|-------|------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Huius tempore, Acheia ab Acheo condita est. Regnavit annis quinquaginta. Manethon in Supplemento. Eusebius.

SICYONIORVM.

Laumedon siue Laomedon decimus octauus Arcadiae rex. Imperavit annis quadraginta. Naclerus Generatione decima octava.

ITALIAE.

Abas post Tarconem in Italia regnat annis quindecim. Hic Thuscis Abantes populos fundavit circa maritimam oram, à Grauisicis usque ad oppidum quod ad hanc aetatem, Cap Abium, vernacula lingua, latina verò, caput Abanthum dicitur. Manethon in Supplemento. Sempronius de partitione Italiae.

ARGIVORVM.

Abas Argus duodecimus Argiuorum rex, anno trigesimo tertio Menophis Aegyptiorum regis, apud Argiuos regno potitur. Imperat autem Argis viginti tribus annis. Manethon in Supplemento.

BABYLON: ET ASSYRIAE.

Lamprides vicesimus Assyriorum Monarcha, vicesimus secundus Babyloniorum rex. Huius tempore Cadmus & Phoenix à mari rubro profecti apud Sidonem regnarunt

ATQVE REGNORVM.

27

regnarunt. Imperavit Lamprides Assyrijs annis triginta duobus. Manethon in Supplemento. Metasthenes de Iudicio temporum.

ÆGYPTIORVM.

Zetus post Menophim Ægyptiorum regnum nanciscitur. Hic primus fuit Lartus & decimam nonam Dynastiam incepit, quæ duravit annis centum, nonaginta quatuor. Regnavit Zetus quinquaginta quinque annis. Manethon in Supplemento. Eusebius.

CELTARVM.

Lemannus decimus octavus Celtarum rex, primo anno Zeti regis Ægyptiorum Celtis imperare cepit. Ab illo Lemannos, uti quibusdam placet dictos esse minimè credo. Manethon in Supplemento.

TROIANORVM.

Troescodem hoc anno apud Dardanios imperium assequitur. Ab eo Dardania, Troia appellata est. Regnavit annis sexaginta. Manethon in Supplemento Eusebius. Archilochus de temporibus.

LATIO RVM.

Vulcanus quintus rex Latorum. Hic quod arte ferrarea excelluerit, à rudi plebe Deus ignis habitus est. Reg: annis 6.

AN^o | AN^o | AN^o
no Mun | no ante | no ante
di. | natum | condit à
Christū. Romam

2590.

1370.

619

2594.

1366.

615.

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2595. | 1365. | 614. |

CRONOLOGIA TEMPORIS

ITALIÆ.

Olanus post Abantem Italiam guber-
nat annos viginti & vnum. Olanum hic
cōdidit quod postea Medone, nunc verò
Mediolanum dicitur. Annus Viterben-
sis de Hetruria. Cato de Originibus.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2605. | 1355. | 604. |
|-------|-------|------|

ARGIVORVM.

Protheus siue protheus decimus ter-
tius Argiuorum rex. Eius tempore ob-
raptum Ganymedis & Trois patris Gany-
medis & Tantali bellum obortum est.
Regnavit annis septendecim. Naclerus
Generatione 30. Eusebius.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2616. | 1344. | 593. |
|-------|-------|------|

ITALIÆ.

Veibenus, Olano mortuo, apud Thu-
scos regnat annis quadraginta duobus.
Latini scribunt (Vibennus) est enim no-
men Hetruscum, quod solum Vetuloni-
atibus conuenit. Manethon in Supple-
mento. Varro de lingua latina. Annus
Viterbensis.

SICYONIORVM.

Sicyon decimus nonus Arcadiæ rex.
Ab eo dicta est regio Sicyon & incolæ
Sicyoni. Regnavit annis quadraginta
quinq;. Eusebius. Pomponius Mela. lib:
2. cap: 3.

Babyloniæ

BABYLONIA. ET ASSYRIÆ.

Sofares vicesimus primus Assyriorum Monarcha vicesimus primus Babyloniorum rex. Huius tempore inuentus est Pegasus equus velocissimus. Regnavit Sofares annis viginti. Eusebius, Manethon in Supplemento. Metasthenes de Iudicio Temporum. Ouid: Metamorp:

ATHENIENSIVM,

Cecrops secundus huius nominis, septimus Atheniensium rex. Eius tempore Perseus contra Persas dimicavit & Gorgonem meretricem, quæ ob singularem pulchritudinem ita spectatores suæ mentis impotes reddebat, ut vertere eos in lapides arbitraretur, capite plexit. Nam amare & sapere ne Dijs quidem conceditur. Regnavit Cecrops annis quadraginta. Eusebius. Diod: Sic: lib: 4. & 6.

ARGIVORVM.

Acrysius siue Agrysius vltimus Argiuorum rex. à Perseo nepote eius, casu & haud deliberato animo interemptus est. Eo modo Argiuorum regnum desijt, ac Mycenarum, idem Perseus exorsus est. Eusebius. Diod: lib: 4. & 5.

CELTIBERORVM.

Romus, anno trigesimo quinto zeti Ægyptio

| AN. | AN. | AN. |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mūn di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romā. |
| 2617. | 1343. | 592. |
| 2622. | 1338. | 587. |
| 2624. | 1336. | 585. |

| AN no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. | CHRONOLOGIA TEMPORIS |
|---------------------|-------------------------------------|------------------------------------|--|
| | | | <p>Ægyptiorum Larthis, Hispaniarum regnum adipiscitur. His temporibus condita est in Lybia Cirene, ciuitas illa celebris & famosa. Regnavit annis triginta tribus. Manethon in Supplemento. Annus Viterbensis de regibus Hispaniæ.</p> |
| | | | <p>L A T I O R V M.</p> |
| 2630. | 1330. | 579. | <p>Mars Ianus post Vulcanum Aboriginibus dominatur annis viginti tribus. Annus Viterbensis.</p> |
| | | | <p>E C C L E S I Æ.</p> |
| 2631. | 1329. | 578. | <p>Barach & Delbora, liberarunt Israel ex manu tyrannica Iabin regis Chanaan, qui populū Domini viginti annis vehementer afflixerat & duro iugo subegerat. Iudicarunt Barach & Delbora Hebræos quadraginta annos. Iudicum tertio.</p> |
| | | | <p>B A B Y L : E T A S S Y R I Æ.</p> |
| 2637. | 1323. | 572. | <p>Lampares vicesimus secundus Assyriorum Monarcha, vicesimus quartus Babyloniorum rex. Huius tempore Regnavit Thebis, Amphion, qui cantu Citharæ saxa mouisse dicitur. vixit quoq; Ion, vir fortis & robustus, ex suo vocabulo Athenienses Iones vocavit, Regnavit Lampares triginta annis. Eusebius, Diod: Sic: Manethon in Supplemento. Metasthenes de iudicio temp: Naclerus Generatione nona. Ægypti</p> |

40a



ATQVE REGNORVM

ÆGYPTI.

Rampses siue Ranses secundus Larthes Ægyptiorum. Sunt qui scribunt hoc tempore Cadmum, Armoniam sororem Iasij Samothracis, vxorem duxisse. Manethon in supplemento. Eusebius. Diod: Siculus. lib: 2. & 4.

TROIANORVM.

Ilus quartus Troianorum rex. Ab eo Troiani dicti sunt Ilij, & Troia Ilium. Huius vrbs interitus celebrior est quā prima ædificatio eius. Regnavit Ilus annis quinquaginta quinque. Manethon in Supplemento. Eusebius. Archilochus de temporibus.

LATIO RV M.

Cœculus cognomento Saturnus Iunior, Aboriginibus imperat annis triginta nouem. Hic condidit Prænestinam vrbs, & Latium multis modis illustrius reddidit. Proinde Saturnus dictus est. Manethon in Supplemento.

MYCENARVM.

Perseus primus Mycenarum rex. Occiso auo suo Agryfio, Argiuorum regnū ad Mycenos transferre conatus est. Fuit Perseus ob res præclare gestas celeberrimi nominis, & regnavit annis quatuor. Eusebius. Diodorus Sicul. lib: quarto capite quarto.

H

Celtiber:

29

AN.

noMun
di.

2645.

AN.

no ante
natum
Christū.

1315.

AN.

no ante
conditā
Romā.

564.

2650.

1310.

559.

2653.

1307.

556.

| A-N no Mun di. | AN. no ante natum Christū. | AN. no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2657. | 1303. | 552. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS
CELTIBERORVM

Palatuus Hispaniarum regno potitur. Hic condidit Palentiam, olim Gymnasium generale Hispanorum. Regnavit annis octodecim. Manethon in Supplemento. Eusebius.

MYCENARVM

Stenelus secundus Mycenarum rex. Regnavit annis quatuor. Diodorus Siculus lib: 4. & 5. Eusebius.

ATHENIENSIVM

Pandion secundus eius nominis, octavus Atheniensium rex. Huius tempore regnavit in Phrygia Midas, de quo passim scriptores & poetæ tradunt. Regnavit Pandion annis viginti quinque; Eusebius.

ITALIÆ

| | | |
|-------|-------|------|
| 2658. | 1302. | 551. |
|-------|-------|------|

Oscus Turrhenorum rex, sic dictus, quod insigne eius fuerit serpens. Oscus enim lingua Hetrusca serpentem significat. Plurimas colonias duxit quas Oscas & Volscas appellavit. Regnavit annis triginta quatuor. Manethon in Supplemento.

SICYONIORVM

| | | |
|-------|-------|------|
| 2661. | 1299. | 548. |
|-------|-------|------|

Polypus vicesimus Sicyoniorum rex. Eius tempore templum in Eleusina conditum est. Regnavit Polypus 40. annis. Babyloniam

ATQVE REGNORVM. 29
MYCENARVM.

Eurystheus, Stenelo interfecto, Mycenarum regnum nanciscitur. Septimo mense natus est. Regnavit annis quadraginta quinque. Ab Heraclidis occiditur. Thucid: in præfatione. Eusebius. Diodorus Siculus lib: 5. cap: 4.

BABYLONIÆ ET ASSYRIÆ.

Pannias vicesimus tertius Assyriorum Monarcha, vicesimus quintus Babyloni orum rex. Cadmus ex Zelotypia primæ uxoris discrimen certamenq; patitur. Regnavit annis quadraginta quinque. Manethon in Supplemento. Metasthenes de Iud: Temp:

ECCLESIAE.

40. Gedeon siue Gideon, filius Ioas liberavit Israel è manu Madian & Amelech. Iudicavit Hebræos annos quadraginta, Iudicum 7. & 8. capite.

CELTARVM.

Olbius siue Olybius decimus nonus Celtarum rex, regnavit annis tribus. Circa hæc tempora Sibyllam Delphicā, quæ pluribus Carminibus incarnationē Domini descripsit, vixisse dicitur. Lactantius de Ira Dei, cap. 22. & 23.

CELTIBERORVM.

Cacus Celtiber, devicto & expulso Palatuo, Hispaniarum regnum nanciscitur.

H 2 Ob

| AN- | AN- | AN- |
|--------|----------|---------|
| no Mun | no ante | no ante |
| di. | natum | conditā |
| | Cbristū. | Romam |

| | | |
|-------|-------|------|
| 2667. | 1293. | 542. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2671. | 1289. | 538. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2672. | 1288. | 537. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2675. | 1285. | 534. |
|-------|-------|------|

AN- AN- AN-
 no Mun no ante no ante
 di. natum conditã
 Christi. Romã.

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Ob huius victoriam monti Caco nomen impositum est. Dicitur fuit Vulcani filius, quod in Hispania ferrum & arma & armatam militiam, quæ Vulcano conficiuntur maximè docuerit. Regnavit annis triginta duobus. Manethon in Supplemento. Annius Viterbensis de regibus Hispaniæ.

CELTARVM.

Galathes Iunior, vicesimus Celtarum rex. Sarmatas vicit. Condidit Galathas Asiæ, plurimasq; colonias in Gallia, Sardinia, Sarmatia magna, Asia & Cilicia duxit. Ut supra admonuimus Celtarum nomen etiã Germanis cõuenire, ita & nunc rursus observandum esse dicimus, quòd sub vocabulo (Galatæ) Germani quoq; contineantur. Manethon in Supplemento: Diodorus Siculus lib. 6. Ptolemæus, Rictius libro primo de regibus Franciæ. Parthenius lib. 1. Historiarum, Marcellinus lib: 15.

ATHENIENSIVM.

Ægeus nonus Atheniensium rex. Huius tempore Phidamon Delphius nobilis habetur, qui primus apud Pythiam Chorum instituit. Regnavit Ægeus quadraginta octo annos. Manethon in Supplemento, Eusebius, Plutarchus in vita Thesei.

Latorum

2682.

1278.

527.

ATQUE REGNORVM. 31

LATIOREM.

Picus Iunior, hoc anno apud Aborigines regno potitur, quod triginta quatuor annos summa prudentia & vigilia administravit. His temporibus condita est Miletus. Manethon in Supplemento.

ITALIÆ.

Tarcon siue Tarchon apud Thuscis regnare incipit. Eo tempore Palatuus Celtiberorum regnum recuperat, & Cacus expellit. Regnavit Tarcon annis quadraginta quatuor. Manethon in Supplemento. Solinus in principio. Aulus Gellius, Annus Viterb: de Hetruria.

SICYONIORVM.

Inachus vicesimus primus Sicyoniorum rex. Hoc tempore clarus habetur Orpheus Thrac, qui sua doctrina, melodia & poësi, non solum homines, verum etiam lapides & sylvas movit. Regnavit Inachus annis quadraginta duobus. Diodorus Siculus libro quinto.

TROIANORVM.

Laomedon sextus Troianorum rex. Ab Argonautis interfectus est, cum regnasset annos triginta sex. Manethon in Supplemento. Eusebius. Diodorus Siculus libro quarto.

MYCENARVM.

Atreus quartus Sicyoniorum rex, post interitum

AN- AN- AN-
no Mun no ante no ante
di. natum conditã

Christũ Romã.
2689. 1271. 520.

2692. 1268. 517.

2701. 1259. 508.

2705. 1255. 504.

2706. 1254. 503.



| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2709. | 1251. | 500. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2711. | 1249. | 498. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2712. | 1248. | 497. |
|-------|-------|------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

interitum Euristhei constituitur. Floruit hoc tempore Linus magister Herculis. Diod: Sic: lib: 5. cap. 4.

CELTARVM.

Namnes siue Nannes vicesimus primus Celtarum rex. Hic dicitur condidisse Nannetes seu Namnetes populos in Gallia Lugdunensi. Namnetum Augusta olim Condeuincum nunc Venecial. Regnavit Namnes annis quinque. Manethon in Supplemento. Ptolemæus.

ECCLESIAE.

Abimelech filius Gedeonis, illegitime natus Sichemitarum rex aut potius dux ordinatur. omnes fratres suos præter vnū Ioathan, crudeliter occidit. Iudicauit Israël annos tres. Iudic: 9.

ÆGYPTIORVM.

Amenophis vel Menofes, tertius Ægyptiorum Larthes. Dicitur hunc Amenophem fuisse Vexorem qui primum Scythis bellum intulit. Hisce diebus vixit Sibylla Phrygia, quæ Anchysæ Troiano multa prædixit. Regnavit Amenophis annis. 40. Manethon in Supplemento. Herodotus libro secundo. Orosius libro primo capite decimo quarto.

BABY: ET ASSYRIÆ.

Sofarmus vicesimus quartus Assyriorum Monarcha, vicesimus sextus Babyloz

36



Babyloniorum rex, hoc anno regni habenas suscipit, quas annos nouendecim tenuit. Eius tempore Minos mare obtinuit. Thucyd: libro primo. Diodorus Siculus libro secundo. Dionysius Halicarnas: libro secundo.

ECCLESIAE.

23. Thola filius Phuapatrui Abimelech de tribu Isachar, dux Israëlitis datur. Præfuit Iudæis annis viginti tribus. Iudicum decimo.

CELTARVM.

Rhemus vicesimus secundus Celtarum rex. Ab eo Rhemenses Galli dicti sunt autem Rhemenses inter Belgas proximi Celtis & Suesionibus. Metropolis est Rhemi, in qua rex Gallia magna & solenni pompa religiose inungi ac rex acclamari solet. Regnavit Rhemus annis septuaginta sex. Manethon in Supplemento. Lucanus lib: 1. Iulius cæsar in cõment: Michael Rictius de reg: Francia.

CELTIBERORVM.

Erytreus siue Erythrus Celtiberorum rex. Duxit colonias quas appellavit Erythreas. Regnavit 68. annis. Rodericus Toletanus. Plinius lib: 3. naturalis hist.

LATIORVM.

Faunus Iunior apud Aborigines regnare cepit. Oppidũ Romã, quæ valentia dicebatur

no Mun
di.no ante
natum
Christũ.no ante
conditã
Romã.

2714.

1246.

495.

2717.

1243.

492.

2723.

1237.

486.

| ANNO MUNDI | ANNO ANTE NATUM CHRISTUM | ANNO ANTE CONDITAM ROMAM |
|---------------|-----------------------------------|-----------------------------------|
|---------------|-----------------------------------|-----------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

dicebatur, Euandro, quem liberalissimo hospicio susceperat, donauit. Imperauit Faunus annis viginti tribus. Manethon in Supplemento.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2730. | 1230. | 479. |
|-------|-------|------|

ATHENIENSIVM.

Theseus decimus rex Atheniensium, filius Aegi & Aethrae filiae Pithij, Atticos regit annis triginta. Minothaurum vicit, Athenas ampliauit, tyrannos sustulit: multaq; alia praestitit facinora Heroica. Tandem a Menestheo vel vt alij volunt a Lycomedes Scyriorum rege, ad quem confugerat ex rupe praecipitatus, interijt. Plutarchus in vita Thesei. Diodorus Siculus libro quinto cap: 5.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2731. | 1229. | 478. |
|-------|-------|------|

BABY: ET ASSYRIAE

Mytreus vicesimus quintus Assyriorum Monarcha, vicesimus septimus Babylo- niorum rex, in turpi otio vitam degit. Reg- nauit annis viginti septem. Eusebius. Metasthenes de ludicio temporum.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2736. | 1224. | 473. |
|-------|-------|------|

ITALIAE.

Tyberinus ex familia Veiatuloniae Thuscorum rex designatur. Dicitur est Tyberinus, id est, iniuriator, quod Pelas- gos a Thuscia pepulerit. Fluuio Albulae, nomen (Tyberis) indidit. Regnauit an- nis triginta, Manethon in Supplemento. Dionysius Halicarnas: lib: 1. Ouidius 2. Fastorum. Myrsilus de bello Pelasgico.

Ecclesiae

ATQVE REGNORVM.

33

ECCLESIAE.

22. Iair Galaadites, iudicauit Israël viginti duobus annis. Habuit triginta filios, qui triginta ciuitatum in terra Galaad, principes fuerunt, quæ ab ijs appellatæ sunt, Auothiair, id est oppida Iair. Iud: 10.

TROIANORVM.

Priamus vltimus Troianorum rex, hoc anno imperium suum exorditur. Regnauit annis quadraginta. Vltimo autem anno huius, post decennalem obsidionē, ob raptum Helenæ, Troia à Græcis capta, incēsa & solo adæquata est. Priamus cum suis miserrimè interijt. Manethon in Supplemento. Eusebius. Archilochus de temporibus.

SICYONIORVM.

Phestus vicefimus nonus Sicyoniorū rex. Circa hæc tempora Cacum interemit Hercules. Regnavit Phestus annis octo. Nauclerus Generatione trigesima.

LATINORVM.

Latinus, à quo Latij Latini dicti sunt hoc anno regiam gubernationem suscipit. Habuit filiam nomine Lauiniam, quam Æneæ profugo Iliaco despondit. Hinc Latinorum regnum. Titus Liuius, Eusebius. Virgilius. Cato de originibus. C. Sempronius de partitione Italiae. Manethon in Supplemento.

I

Egyptior

| ANNO | ANNO | ANNO |
|-----------|------------------------|------------------------|
| no Mundi. | no ante natum Christi. | no ante conditā Romam. |

2737.

1223.

472.

2741.

1219.

468.

2743.

1217.

466.

2746.

1214.

463.

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2751. | 1209. | 458. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS
ÆGYPTIORVM.

Amenephus Ægyptiorum Larthes.
Eius tempore, Amazonum regnum viris
bus & potentia confirmatum est. Re-
gnauit annis viginti sex. Manethon in
Supplemento. Diod: Sic: lib. 2. Herodo-
tus lib: 2.

SICYONIORVM.

Adrastus vicesimus tertius Sicyoniorū
rex, hoc anno regia dignitate insignitur.
Regnauit annis quatuor Diodorus Sic:
libro quinto.

| | | |
|-------|------|------|
| 2755. | 205. | 454. |
|-------|------|------|

SICYONIORVM.

Polyphides vicesimus quartus Pello-
ponesorum rex. His temporibus Nili in-
undationem fuisse historici tradunt. Re-
gnauit Polyphides annis viginti duobus.
Diod: Siculus lib: 2. Xenophon de æqui-
uocis.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2758. | 1202. | 451. |
|-------|-------|------|

BABYL: ET ASSYRIÆ.

Tautanes vicesimus sextus Assyriorū
Monarcha, vicesimus octauus Babylo-
niorum rex. Regnauit annis triginta
duobus. Manethon in Supplemento.
Metasthenes de Iudicio temporum.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2759. | 1201. | 450. |
|-------|-------|------|

ECCLESIAE.

Iepthe Spurius, de tribu Galaad, con-
stitutus est princeps super Israël, quem
contra Amonitas strenuè defendit. Iudic
cauit Israel annis sex Iudicum 10. & 17.

Atheniensis

6.



ATQVE REGNORVM. 34

ATHENIENSIVM.

Menesheus undecimus Atheniensium rex. Eius ætate, Amazones contra Thebas crudele bellum gesserunt. Regnavit annis viginti quatuor. Iustinus lib: 2.

ECCLESIAE.

7. Abessan Bethleemita iudicat Israel annis septem. Habuit triginta filios & totidem filias. Iudicum 12.

ITALIAE.

Mezentius rex Italiae. Turno aduersus Latinum & Æneam Troianum suppetias tulit, sed bellico furore interiit. Manethon in Supplemento. Virg: Macrobius.

MYCENARVM.

Agamemnon filius Atrei, quintus Mycenarum rex. Hic dux & Imperator belli Troiani, quod ob raptum Helenæ Tyn-dari filiae & vxoris Menelai, qui huic frater erat, Græci susceperant, constitutus fuit. Vnde etiam excidium Troiæ subsequutum est. Regnavit annis octodecim, Thucydides libro primo.

ECCLESIAE.

30. Ahialon Zabulonites Iudæis præfici-tur. Iudicavit populū domini annis decem. Iudicum 12.

SICYONIORVM.

Pelasgus, vice simus quintus Arcadiae rex. Ab eo regio dicta est Pelasgia. Regnavit annis

AN- AN- AN-

no Mun di. no ante natum Christi. no ante conditā Romā.

2760. 1200. 449.

2765. 1195. 444.

2766. 1194. 443.

2771. 1189. 438.

2772. 1188. 437.

2777. 1183. 432.

I a uit annis

| AN- no Mun- di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|-----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|-----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

uit annis viginti nouem. Didor: Sic. Sa-
bellicus, Enneade secunda, lib. 6.

ÆGYPTI.

Thuoris hoc anno in Ægypto, regni
habenas arripuit. Regnauit annis septē.
ultimo anno huius incipit vicesima Dy-
nastia, quæ nullum Larthem habuit. Du-
rat annis centum septuaginta septem.
Manethon in Supplemento. Eusebius.

ECCLESIAE.

Abdon filius Hellel Pharathonites,
dux Iudæorum ordinatur. Habuit quas
draginta filios & triginta ex ijs nepotes.
Iudicauit Israel octo annis. Iudicum 12. 8.

ATHENIENSIVM.

Demophon duodecimus Athenien-
sium rex. Huius tempore viguit primus
Homerus: Pyrrhus in templo Apollinis
ab Oreste interemptus est, & Heraclidæ
in Peloponnesum descenderunt. Regna-
uit annis triginta tribus, Archilochus de
Temporibus. Manethon in Supplemen-
to. Diodor: Siculus lib. 5. cap. 4.

CELTIBERORVM.

Mellicola Gargoris Celtiberorum rex.
Primus Hispanos mella colligere docuit,
proinde Mellicola dictus est: Regnauit
vsque ad primum annum Æneæ Syluij:
Deinde ad prouincias & particularia do-
minia ciuitatum Hispania conuersa est

vsque

| | | |
|-------|-------|------|
| 2782. | 1175. | 427. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2784. | 1176. | 425. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2785. | 1174. | 424. |
|-------|-------|------|

ATQUE REGNORVM.

35

ANNO

ANNO

ANNO

vsque ad Carthaginenses, & deinceps ad tempora Romanorum. Rodericus Toletanus de regibus Hispaniæ.

no Mun
di.

no ante
natum
Christi.

no ante
conditã
Romã.

LATINORVM.

Aeneas filius *Anchisæ* & *Veneris* ab interitu in excidio Troiæ liberatus, profugus venit in Italiam: *Lauiniam* vnicam filiam regis *Latini* vxorem ducit, *Lauiniumque* condit. Regnavit annis tribus. *Eusebius*, *Vergilius*, *Dionysius Halicarnassæus*, *T. Liuius*.

2786.

1174.

423.

LATINORVM.

Ascanius filius *Aeneæ* & *Creusæ* filia *Priami* regis Troianorū, *Albam longam* ædificavit, ibiq; regnum & sedem constituit, Imperavit annis triginta octo. *Liui: lib: 1. Manethon in Supplemento.*

2789.

1171.

420.

MYCENARVM.

Ægistus sextus *Mycenarum* rex, homo nefarius & libidinosus, quippe qui regnū per adulterium & homicidium rapuerat. Vnde illud *Ouidij*.

Quæritur Ægistus quare factus sit adulter.

In promptu caussa est, desidiosus erat.

Regnavit annis duobus. *Iustinus. Euseb.*

BABY: ET ASSYRIÆ

Tauteus siue *Teuteus* vicesimus septimus *Assyriorum* Monarcha, vicesimus nonus *Babyloniæ* rex. Regnavit annis quadraginta. *Manethon in Supplemento*

2790.

1170.

419.

I 3

mento

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Eusebius, Metasthenes de Iudicio tem-
porum.

ECCLESIAE.

Sanson siue Sampson filius Manue,
fortissimus omnium mortaliū præsidet
Iudæis. Iudicauit Israel in diebus Philis-
tijn viginti annis. Iudicum 14. & 15. 20

CELTARVM.

Francus filius Hectoris, à Troia fugatus,
tota Asia peruagata in Danubij ripas tan-
dem peruenisse: Sicambriam condidisse,
ac inde Francos nomen postea suscepisse,
fertur. Vincentius Gallus historicus Ma-
nethon in Supplemento.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2791. | 1169. | 418. |
|-------|-------|------|

MYCENARVM.

Orestes, vitrico suo Ægisto, vna cum
Clytemnestra matre interfecto, septimus
Mycenarum rex constituitur. Hoc tem-
pore Lydi mare obtinuerunt. Regnavit
annis quindecim. Manethon in Supple-
mento. Archilochus de Temporibus.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2806. | 1154. | 403. |
|-------|-------|------|

SICYONIO RV M.

Zeusippus vicesimus sextus Sicyoni-
orum rex. Eo mortuo, etiam regnum Si-
cyoniorū sublatum & annuus magistra-
tus institutus est. Sabellic^o libro octauo
Enneade prima. Augustinus libro deci-
mo octauo de ciuitate Dei. cap: 21.

MYCENARVM.

Thysamenus & Pentelus fratres, post
Orestem

Orestem Mycenarum regnum admini-
strant. Velleius Paterculus lib. 1. Thucy-
dides lib. 1. Clemens Alexandrinus lib. 1.
Stromatum: Eusebius.

THUSCIÆ.

Ocnus Bianor, filius Tyberini & Man-
tus. Hunc Mantuam condidisse ferunt.
De eo Vergilius decimo Æneidos canit:
*Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantus & Thusci filius amnis.*
Regnavit annis quadraginta novem.
Manethon in Supplemento, Cato de O-
riginibus.

ECCLESIA.

Heli sacerdos & Iudex Israelitarum,
duos habuit filios Ophin & Phinees, qui-
bus pater plus æquo indulgens, grauis-
simis contaminati sunt criminibus. Pro-
inde in acie contra Philistim pugnantes,
ambo ceciderunt, ac Arca Domini ab hos-
tibus capta est, Heli autem subitanea
morte occubuit. Iudicavit Israel annis
quadraginta. Samuelis 1.

ATHENIENSIVM.

Oxintes, decimus tertius Athenarum
rex. Anno septimo huius, Amazones
templum Dianæ Ephesi succenderunt.
Regnavit Oxintes annis duodecim. Ma-
nethon in Supplemento.

Latinorum

AN-
no Mun-
di.

AN. AN-
no ante no ante
natum conditã
Christũ. Romã.

2810.

1150.

399.

2817.

1143.

392.

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2827. | 1133. | 382. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2829. | 1131. | 380. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2830. | 1130. | 379. |
|-------|-------|------|

| | | |
|-------|-------|------|
| 2838. | 1122. | 371. |
|-------|-------|------|

CRONOLOGIA TEMPORIS

LATINORVM.

Sylvius Posthumus filius Æneæ & La-
uinix filix Latini, post fratrem suum As-
scanium Latinorum regno potitur: Ab
eo posterii Albanorum reges cognomi-
nati sunt Syluij. Manethon in Supplem:
Liuius lib. 1. Eutropius lib. 1.

ATHENIENSIVM.

Aphidas post Oxintem Atheniensium
regnum assequitur. Regnavit solum vni-
co anno. Eusebius.

BABYLON: ET ASSYRIÆ.

Tuneus siue Tineus, vicefimus octa-
uus Assyriorum Monarcha, trigefimus
Babyloniorum rex. Regnavit annis tri-
ginta. Metasthenes de Iudicio Temporū.

ATHENIENSIVM.

Timoerthes decimus quintus Attico-
rum rex. Vltimus fuit ex familia Erich-
thei, vir timidus & propterea etiam re-
gno remotus. Regnavit annis octo.

ATHENIENSIVM,

Melanthus Pyliensis Andropompi fi-
lius, propter singulare certamen, quod
cum Xanto iniit, antecessoris loco, qui
huiusmodi duellum recusauerat, subro-
gatur. Eius tempore vixit secundus Ho-
merus. Regnavit triginta septem annis
Archilochus de temporibus.

Ecclesiæ

ATQUE REGNORVM. 37

ECCLESIAE.

40. Samuel filius Helcanæ & Annæ, Propheta Altissimi, Hebræorum populo præponitur. Cum autem senuisset, constituit filios suos Iudices super Israël. At illi relinquentes vestigia patris, munera pluris quam iustitiam facientes, iudicia corrumpunt. Quamobrem Iudæi regem petunt. Samuel acquiescit petitioni populi, Regem super Israel ordinat Saulum filium Cis: Regnavit Samuel tam ante quam post ordinationem Sauli, super Israël annis quadraginta. 1. Reg: 1. 8. & 9. Actorum 13.

THVSCIAE.

Pipinus Thuscorum rex. Eius tempore multa regna ex ruina aliorum exorta sunt. Regnavit Pipinus quinquaginta sex annis. Annus Viterbensis de antiq: & rebus Hetruriæ.

LATINORVM.

Aeneas Syluius quartus Latinorum rex. Hoc tempore floruit Homerus secundus, qui ob artem medicam clarus fuit. Regnavit Aeneas annis triginta & vno. Archilochus de Temporibus. T. Liuius libro primo. Eutropius lib: 1.

BABY: ET ASSYRIÆ.

Dercilus vicesimus nonus Assyriorum
K Monarcha.

| AN- no Mun- di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|-----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2850. | 1110. | 359. |
| 2855. | 1105. | 354. |
| 2856. | 1104. | 353. |
| 2860. | 1100. | 349. |

| A-N | AN- | AN- |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romā. |
| 3861. | 1099. | 348. |
| 2875. | 1085. | 334. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Monarcha & trigessimus primus Babylo-
niorum rex. Hoc ævo Heraclydæ in Peloponnesum descenderunt. Imperavit. Dercilus annis quadraginta. Metasthenes de Iudicio temporum. Eusebius. Herod: lib: 9. Diodorus Sicul: lib: 5. cap: 4.

MYCENARVM.

Cometes vltimus Mycenarū rex. Post aliquot temporis interualla Mycencorū ciuitas, sæculis & temporibus priscis felix, magnorum educatrix virorum & præclaris gestis celeberrima, funditus deleta & euersa est. Diodorus Siculus libro vno decimo.

LACEDÆMONVM.

Euristheus vel Euristhenes primus Lacedæmoniorum rex. Ab eo Cleomenes & Leonidas, qui Persas apud Thermophylas inuasit, descenderunt. Regnavit Euristheus annis quadraginta duobus. Sabellicus lib: 8. Enneade prima.

CORINTHIORVM.

Athletes siue Alethes primus Corinthiorum rex. Eius tempore Tisamenes Orestis filius Acheorum regnum inchoauit. Regnavit annis triginta quinque. Polybius libro secundo.

ATHENIENSIVM.

Codrus Melanthi filius decimus septimus



ATQVE REGNORVM.

septimus Atheniensium rex. Pro salute & incolumitate populi sui, seipsum morti tradit, ac eo modo in bello Peloponnesiaco suis victoriam obtinet. Post obitum Codri, Athenienses, Principes sibi elegerunt. Regnavit annis viginti & vno. Diodorus Siculus, Iustinus libro 2. Velleius Paterculus libro 1.

L A T I N O R V M.

Latinus Syluius quintus Latinorum Rex. Eius tempore Iones profugi Athenas se contulerunt. Regnavit annis quinquaginta. Manethon in Supplemento. T: Liuius lib: 1. Diony: Halicar.

E C C L E S I Æ.

40. David filius Isai, secundus Israëlitarū rex, vir pius & religioni deditus multa grauia sustinuit pericula, tam à domesticis quàm ab externis. Saul sæpenumero vitæ eius insidiat⁹ est. Absolon verò filius eius, in fugam illum conuertit ac regno aliquot diebus priuauit. Regnavit David annis quadraginta 2. Reg: cap: 2.

A T H E N I E N S I V M.

Medon siue Meodon filius Codri regis Atheniensium, primus Athenarum Princeps cōstituitur. Eius tempore Peloponneses rursus bellum contra Athenienses mouerunt. Gubernauit Medon annis viginti. Iustinus lib: 2.

K 2 Corinth:

38 AN - AN - AN -

no Mun di. no ante natum Christū no ante conditā Romanæ

2887. 1073. 322.

2890. 1070. 319.

2896. 1064. 1130.

| AN. no Mun di. | AN. no ante natum Christū. | AN. no ante conditā Romā |
|----------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS
CORINTHIORVM.

Trion secundus Corinthiorum rex. Eius tempore templum Veneris Corinthi adeò locupletatum fuit, vt supra mille puellas caperet. Regnavit Trion annis triginta septem. Solinus cap: 15. Pomponius Mela lib: 2. cap: 3.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2900. | 1060. | 309. |
|-------|-------|------|

BABYLONIÆ. ET ASSYRIÆ.

Eupales filius Dercili, trigessimus Assyriorum Monarcha, trigessimus secundus Babylonix rex. Hoc tempore condita est Magnesia in Asia. Regnavit Eupales 38. annis. Metasthenes de Iud: tempor:

| | | |
|-------|-------|------|
| 2903. | 1057. | 306. |
|-------|-------|------|

LACEDÆMONVM.

Agis Euristhei primogenitus, secundus Lacedæmoniorum rex. Regnavit anno vnico. Sabellicus lib: 7. Enneade 3.

LACEDÆMONVM.

Archestratus frater Agis, tertius Lacedæmoniorū rex. Eo tempore Græcia iterum bello seuit. Regnavit Archestratus quinquaginta quinque annis. Naclerus generatione trigesima tertia.

| | | |
|-------|-------|------|
| 2911. | 1049. | 298. |
|-------|-------|------|

THVSCIÆ.

Nicius rex Thusciæ. Phocenses ex Corsica insula expulit & Nyceam urbem ibi statuit. Pacem aliàs cum vicinis populis studiosè fouit. Annus Viterbensis de Antiq: & rebus Hetruriæ.

Athen.

ATQVE REGNORVM.

39

ATHENIENSIVM.

Agasthus Atheniensium princeps. Hoc tempore quintus & quartus Homerus in Græcia floruerunt ac Ephesus ab Andronico condita est. Regnavit Agasthus 36. annis. Archilochus de Temporibus.

ECCLESIAE.

40.

Salomon filius David & Bethsabee, sapientissimus omnium virorum, Iudæorum rex à patre constituitur. Templum Domini Ierosolymis ædificavit. Habuit septingentas uxores & trecentas concubinas, quæ cum fuerint maiori ex parte alienæ à vera Dei cognitione, eum à salutarifero Dei immortalis cultu, ad lethalem Idololatriæ servitutem traduxerunt. Regnavit annis 40. 3 Reg: 2. 3. 4. & II.

CORINTHIORVM.

Agilaus tertius Corinthiorum rex. Regnavit annis 37. Nauc: Generatione 34.

LATINORVM.

Alba Syluius sextus Latinorum rex. Hic Albam urbem in Latio restaurasse ibique regni sedem constituisse dicitur. Quamobrem successores eius, omisso Latinorum nomine, deinceps Albanorum reges nominati sunt. D. Augustinus libro decimo octavo de civitate Dei, cap: 20. T. Livius lib: 1. in præfatione. Eutrop: lib: primo.

K 3

Babyloniæ

| AN- | AN- | AN- |
|--------|----------|---------|
| no Mun | no ante | no ante |
| di. | natum | conditã |
| | Christũ. | Romã. |

2930.

1030.

279.

2933.

1027.

276.

2937.

1023.

272.

| ANs no Mun di. | ANs no ante natum Christū. | ANs no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 2958. | 1022. | 271. |
| 2952. | 1008. | 257. |
| 2958. | 1002. | 251. |
| 2959. | 1001. | 250. |
| 2962. | 998. | 247. |
| 2970. | 990. | 239. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

BABYLON: ET ASSYRIÆ.

Laosthenes Eupalis filius, trigessimus primus Assyriorum Monarcha, & trigessimus tertius Babylonix rex. Regnavit Laosthenes annis quadraginta quinque. Metasthenes de Iudicio temp: Eusebius.

ATHENIENSIVM.

Archippus tertius Athenarum princeps. Hac ætate sextus floruit Homerus. Regnavit Archippus annis nouendecim. Archilochus de Temporibus.

THVSCIÆ.

Piseus Thuscis imperat annis quinquaginta duobus. Hic Piraticā exercuit, ac Tubam inuenit. Annius Viterbensis de Hetruria. Plinius libro septimo, cap: quinquagesimo sexto.

LACEDÆMONVM.

Labotes quartus Spartanorum rex. Regnavit triginta septem annis. Naucleus Generatione trigesima quarta.

ÆGYPTIORVM.

Smendis siue Smerdis vicesimam primam Dynastiam in Ægypto exorditur. Hic in sacris literis vocatur Sefac. Regnavit annis viginti sex. Eusebius.

ECCLESIAE.

Roboam filius Salomonis patri in regno succedit. Cum autem prudens seni-

orum

| AN- no Mun di. | ANS no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

Monarcha, trigessimus quartus Babylo-
niæ rex. Regnavit annis triginta, Euseb:
Metasthenes de Iud: Temp:

ECCLESIAE.

2987.

973.

222.

Abias filius Rhoboam, rex Iudæ, vir
militari manu strenuus, sed Idololatriæ
cultum ut à patre institutus erat, non ab
rogavit. Regnavit annis tribus 3. Reg. 15.

3.

ÆGYPTIORVM.

2988.

972.

221.

Pseusennes Ægyptijs post Smerdem
imperat annis quadraginta & vno. Dio-
dorus Siculus lib. 2. Eusebius.

ECCLESIAE.

2990.

970.

219.

Asa filius Abiæ, Iudæorum rex, vesti-
gia proavi sui ingressus est. Idololatriam
abstulit & verum Dei cultum rursus in-
stituit. Regnavit annis quadraginta &
vno. Anno secundo huius, Nabad filius
Hieroboã in regno decem tribuum, quod
Israeliticum vocant, patri succedit. Cum
obsideret Gebbethon interfectus est à
Baasa filio Abiæ. Anno tertio Asæ, Baasa
omni & uniuersa Hieroboam domo de-
leta, super Israel tertius rex constituitur.
Anno vicesimo septimo Asæ, Hela filius
Baasa regnavit in Israel duobus annis, in-
teremptus autem est à Zambri duce suo,
qui omnem domum Baasa penitus ex-
tinxit, sed & ipse Zambri septimo die
quoque sublatus est. Anno trigesimo pri-
mo

41.

ATQUE REGNORVM.

mo eiusdem *Asæ*. *Amri*, decem tribubus imperavit, condidit *Samariam*, ibidemq; regni sedem constituit. Anno 38. prædicti *Asæ*, regnavit *Achab* filius *Amri* super *Israel*. 3. Reg. cap. 15. 16. 17. &c.

LACEDÆMONVM.

Dorysthus quintus *Lacedæmonū* rex. Anno decimo quinto huius *Samos* condita & *Smyrna* ampliata fuit. Regnavit *Dorysthus* 29. annis. *Naucerus* Generatione trigesima sexta.

LATINORVM.

Capis Syluius octavius Latinorum rex. Hic condidit *Capuam* nobilissimam civitatem *Campaniæ*. Imperavit *Capis Albanis* annis viginti octo. *Dionysius Halicarnassæus* lib. 1. *Eutropius* lib. 1. *Cato de Originibus*.

CORINTHIORVM.

Bacis quintus *Corinthiorum* rex, ab eo reges, *Bacidæ* appellati sunt. Regnavit *Bacis* annis triginta quinque. *Diodorus Siculus*.

THVSCIAE.

Thuscus rex *Hetruriæ* quæ & *Thuscia* dicitur, Huius tempore *Sabinorū* regnū exortum esse, scribitur. Regnavit *Thuscus* annis triginta novem. *Cato de originibus*, *Annius Viterbensis de Hetruria*.

L Athe.

| 41 | AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romæ |
|----|----------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|
|----|----------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|

| | | |
|-------|------|------|
| 2996. | 964. | 213. |
|-------|------|------|

| | | |
|-------|------|------|
| 3000. | 960. | 209. |
|-------|------|------|

| | | |
|-------|------|------|
| 3005. | 955. | 204. |
|-------|------|------|

| | | |
|-------|------|------|
| 3010. | 950. | 199. |
|-------|------|------|

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā |
|----------------------|-------------------------------------|-----------------------------------|
| 3012. | 948. | 197. |
| 3013. | 947. | 196. |
| 3025. | 935. | 184. |
| 3028. | 932. | 181. |
| 3029. | 931. | 180. |
| 3031. | 929. | 178. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ATHENIENSIVM.

Phorbas quintus Athenarū princeps. Eius tempore Græci aliquot annis bellū quod cum vicinis habebant, intermiserunt. Gubernavit Phorbas Atticos suos annis triginta & vno. Eusebius.

BABYLONIÆ ET ASSYRIÆ.

Ofrateus trigessimus tertius Assyriorū Monarcha, trigessimus quintus Babylonix rex, in Gynæceo suo vitam transegit. Regnavit Ofrateus annis triginta tribus, Metasthenes de iudicio temporum.

LACEDÆMONIVM.

Agésilus sextus Lacedæmoniorū rex. Hic gravissima bella cum Persis gessit & feliciter absoluit. non infimum locum tenet inter fortissimos cuiusvis sæculi duces. Regnavit Agésilus annis 54. Sabellicus libro 2. Eneade quarta.

LATINORVM.

Capetus, vel vt alijs placet, Carpentus Syluius, filius Capis, IX. Albanorum rex. Regnavit annis tredecim. Eusebius, Eutropius lib. 1.

ÆGYPTIORVM.

Nepercherus siue Nopher Cherres Ægyptijs dominatur. Anno quarto regno & vita priuatur. Eusebius.

ECCLESIAE.

Iosaphat, filius Asæ, rex Iudæ, vir pius & cultor veri Dei. Regnavit annis viginti quinque.

ti quinq;: Anno XVII. huius, regnavit super Israel, Ochozias filius Achab, cecidit autem per Cancellos coenaculi sui & decubuit. Misit igitur ad consulendum Beelzebul de salute sua, at Dominus Deus per Heliã, dira quaq; ac mortem ipsam, quæ protinus subsequuta est, illi minatus est, Anno 18. Iosaphat, rex Israel constitutus est Ioram, filius Achab, interfectus est à Iehu, qui etiã stirpẽ Achab penitus deleuit. 3. Reg. cap. 22: & 4. Reg. cap. 1. & 9.

BABY: ET ASSYRIÆ.

Ofraganeus trigessimus quartus Assyriorum monarcha, XXXIV. Babyloniorum rex. Regnavit annis quinquaginta. Metasthenes de iudic: Temp.

EGYPTIORVM.

Amenophis Egyptiorum rex. Regnavit annis nouem, filium successorem relinquens. Eusebius.

CORINTHIORVM.

Agelas sextus Corinthiorum rex. Hoc tempore Græci mutuis cædibus se ipsos affligerunt. Regnavit Agelas annis XXX. Sabellic. lib. 2. Eneade quarta.

LATINORVM.

Tyberinus Syluius, Capeti filius, X. Albanorum rex. Sunt qui malunt ab hoc, quam à superiori, Albulã dictam esse Tyberim: Hic enim in Albula submersus est. Euseb, Ouid. Fastor. Eutrop, lib. 1.

| AN- | AN- | AN- |
|--------------|------------------------|-----------------------|
| no Minus di. | no ante natum Christũ. | no ante conditã Romã. |

3033.

927.

176.

3040.

920.

169.

3041.

919.

168.



ANNO ANNO ANNO

no ante no ante no ante
di. natum conditã

Christũ. Romã.

3042. 918. 167.

3043. 917. 166.

3048. 912. 161.

3049. 911. 160.

3056. 904. 153.

CRONOLOGIA TEMPORIS

ÆGYPTIORVM.

Osochor filius Amenophis in Ægyptiaco regno patri succedit. Regnavit annis sex. Eusebius.

ATHENIENSIVM.

Mezades sextus Atheniensium princeps. Regnavit annis triginta. Eusebius.

EGYPTIORVM.

Spinaces Ægyptijs dominatur. His temporibus Ephesus viribus & potentia accreuit. Regnavit Spinaces annis novẽ. Eusebius. Diodor: Sic. lib. 2.

THVSCIÆ.

Amnus, summam rerum administrationem apud Thuscos cõsequitur. Rhodij mari potiuntur. Regnavit Amnus annis viginti quinq;. Diodor: Sic, lib. 6.

LATINORVM.

Agrippa Sylvius undecimus Latinorũ rex. Regnavit annis quadraginta. Dionysius Halicarnass. Eutropius lib. 1.

ECCLESIAE.

Ioram, filius Iosaphat, Ierosolymitanum regnum assequitur. Regnavit annis octo. Inquinavit se peccatis regũ Israel. quippe qui vna cum Athalia filia Achab, quam vxorem duxit, quasi iure dotis, etiã scelera & peccata dom⁹ & familiae Achab adeptus est. 4. Reg. 8.

Ægyptio



| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romam |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

| | | |
|-------|------|------|
| 3072. | 888. | 137. |
|-------|------|------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS
 mari potentes fuerunt. Regnavit Eudemus annis viginti quinque; Naucerus Generatione quadragesima prima.

ECCLESIAE.

Ioas filius Ahasiae, beneficio sororis suae Iosabae & Ioiadae Pontificis, a furore & truculentissimis Nouercae suae manibus liberatus, & in domo domini sex annis, In scia Athalia educatus, septimo anno rex Iudae declaratur & insignitur. Athalia vero a populo interficitur Regnavit Ioas annis 40. Anno 23. Ioas regis Iudae, regnare coepit Ioachaz filius Ihehu super Israel in Samaria. Anno 37. eiusdem regis Iudae, regnavit Ioas filius Ioachaz regis Israel, in Samaria, 4. Reg: cap: 12. 13. & 14.

ATHENIENSIVM.

Diogenetus septimus Atheniensium princeps. Anno decimo septimo huius, Homerus Argiuorum floruit. Regnavit Diogenetus annis viginti & octo. Archilochus de temporibus.

THVSCIAE.

Felsinus Thusciae rex. Hic condidit civitatem in Hetruria, quam ex suo nomine Felsinam denominavit. Regnavit Felsinus annis triginta tribus Cato de Originibus, Sempronius de partitione Italiae.

Babylo-

| | | |
|-------|------|------|
| 3073. | 887. | 136. |
|-------|------|------|

| | | |
|-------|------|------|
| 3074. | 886. | 135. |
|-------|------|------|

ATQVE REGNORVM. 44

BABY: ET ASSYRIÆ

Ascrzapes penultimus Assyriorum monarcha, non degeneravit à maiorum suorum moribus, quippe & ipse ignavia & abdomini natus fuit. Regnavit Ascrzapes annis quadraginta duobus. Meta- sthenes de Iudicio temp: Eusebius.

LATINORVM.

Remulus Syluius siue Aremulus filius Agrippæ, duodecimus Latinorum rex. Præsidium Albanorum inter montes, vbi nunc Roma est, posuit. Ob impietatem flumine icus interiit. Liuius lib: 1 Eutropius lib: 1. Vrspergensis.

ÆGYPTIORVM.

Sestoris siue Sesoncoris, vicesimam secundam Dynastiam in Ægypto incipit. Regnavit annis viginti & vno. Eusebius. Diodorus Siculus lib: 2.

CORINTHIORVM.

Aristemedes aut Aristomedes, octauus Corinthiorum rex. Illius tempore Cyprij mari potiti sunt. Regnavit Aristemedes annis triginta quinque. Eusebius.

ATHENIENSIVM.

Pheredus octauus Atheniensium princeps. Dominatus est Atticis 18. annis Eusebius.

THVSCIAE.

Bonus siue Bon rex Thusciae. Urbem Felsinam ab antecessore suo conditam

| A-N | AN- | AN- |
|-------------|------------------------|-----------------------|
| no. sun di. | no ante natum Christi. | no ante conditã Romã. |
| 3083. | 877. | 126. |
| 3089. | 871. | 120. |
| 3092. | 868. | 117. |
| 3095. | 865. | 114. |
| 3101. | 859. | 108. |
| 3107. | 853. | 102. |

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|

CHRONOLOGIA TEMPORIS

conditam, Bononiam appellavit: Vnde etiam regio ab illo Bononia dicta fuit. Imperavit annis quadraginta octo. Cato de Originibus. Sempronius de partitione Italiae. Annus Viterbensis.

| | | |
|-------|------|------|
| 3108. | 852. | 101. |
|-------|------|------|

L A T I N O R U M.

Auentinus Syluius filius Aremuli, decimus tertius Albanorum rex. Regnavit annis triginta septem. Mortuus & sepultus est in eo monte qui modo pars urbis est, æternumq; nomen loco dedit. Cato de Originibus. Liuius lib. 1. Eutropius libro primo.

| | | |
|-------|------|------|
| 3109. | 851. | 100. |
|-------|------|------|

L A C E D Æ M O N U M.

Thelecus aut Thalecus, octauus Lacedæmoniorū rex. Imperavit annis quadraginta. Iustinus lib. 3.

| | | |
|-------|------|-----|
| 3112. | 848. | 97. |
|-------|------|-----|

E C C L E S I Æ.

Amasias filius Ioas regis Iudæ, Ierosolymis rex insignitur. Ipse vna cum ciuitate Ierusalem in potestatem Ioas regis Israel deuenit. Regnavit Amasias annis viginti nouem. Anno decimo quinto Amasie, regnavit in Israel Hieroboam, qui maiorum suorum vestigia sequutus est, 4. Reg. cap. 14. 2. Par. cap. 25.

| | | |
|-------|------|-----|
| 3113. | 847. | 96. |
|-------|------|-----|

Æ G Y P T I O R U M.

Osothon siue Osorchon, Ægyptiorū regno potitur. Dominatus est Osorthon Ægyptijs suis, quindecim annis.

Athenien.

| ATQVE REGNORVM | 45 | AN- | AN- | AN- |
|--|----|---------------|------------------|--------------------|
| <i>ATHENIENSIVM.</i> | | no Mun di. | no ante natum | no ante conditã |
| Ariphron nonus Athenarũ Princeps. Hoc tempore Græcia seditionibus & bel- lis ciuilibus flagrauit. Regnavit annis vi- ginti. Iustinus. | | 3120. | Christũ. 840. | Romã. 89. |
| <i>BABY: ET ASSYRIÆ.</i> | | | | |
| Tonosconcoleros qui Sardanapalus dicitur, vltimus Assyriorum Monarcha. Omnes superiores suos desidia & volup- tate excessit. Nam præterquam quod in publicũ non prodierit, vitam muliebrem duxit. Proinde Arbaces præfectus Medo- rum & Belesus Babyloniorum præses, Sardanapalum & vita & regno priuarunt atq; monarchiam inter se mutuo diuise- runt. Alter Medis & Persis, alter Baby- lonijs imperauit. Diod: Sic: libro tertio. Metasthenes de iudicio Tenporum. | | 3125. | 835. | 84. |
| <i>ÆGYPTI.</i> | | | | |
| Tachelotis siue Thelegotes Ægyptis orum regnum adipiscitur. Eo tempore Phœnices mare obtinuerunt. Imperauit annis tredecim. Eusebius. | | 3128. | 832. | 81. |
| <i>CORINTHIORVM.</i> | | | | |
| Egemnon nonus Corinthiorum rex. Regni gubernacula tenet annis sedecim. Naucerus Gen: 4. | | 3130. | 830. | 79. |
| <i>THVSCIÆ.</i> | | | | |
| Atrius rex Thusciæ. Ab illo fluuius Adrianus dictus est. Regnavit Atrius M annis | | 3135. | 825. | 74. |



| | | |
|---------------|------------------------------|-----------------------------|
| AN- | AN. | AN- |
| no Mun di. | no ante natum Christū. | no ante conditā Romam |
| 3140. | 820. | 69. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS
annis viginti septem. Sempronius de
partitione Italiae.

ATHENIENSIVM.

Thespicus Aripbronis filius dux Atti-
corum. Dominatur Athenis annis viginti
quinque.

BABYLONIÆ.

Belesus siue Phul Belochus, primus
Babyloniorum rex post bipartitam Assy-
riorum Monarchiam. Israel sibi tributa-
rium fecit. Regnavit annis quadraginta
octo. Diodorus Siculus libro tertio.
Metasthenes de Iudicio Temporum. 4.
Reg: cap: 15.

MEDORVM ET PERSARVM.

Arbaces, sublato Sardanapalo, primus
Medorum & Persarum imperator consti-
tuitur. Transtulit enim Assyriorum Mo-
narchiam ad medos. Regnavit Arbaces
annis viginti octo. Diodorus Sic: libro 3.
Metasthenes de Iud: temp: Iustinus lib: 1.
Orosius lib: 2.

ECCLESIAE.

Azarias filius Amasiae regis Iudae, Iero-
solymis regnat annis 52. Fuit autem le- 52.
profus usq; ad diem mortis suae. Anno 38.
Azariae regis Iudae, super Israel rex ordi-
natus est Zacharias filius Hieroboam.
Cum

| | | |
|-------|------|-----|
| 3141. | 319. | 68. |
|-------|------|-----|

AN-
no Mun-
di.AN-
no ante
natum
Christū.AN-
no ante
conditū
Romā.

Cum autem regnasset 6. menses cum interemit Sellum filius Iabes. Anno 39. eiusdem regis Iudæ, occidit Manahian filius Gaddi Sellum, qui vnico mense regnavit in Samaria. Eo modo Manahen Israeliticum regnū occupavit. Ad confirmandum illud, conduxit Phul Babyloniarum regem, ut ei auxilio esset. Anno 50. supradicti Asariæ, Phaccia filius Manahē, regno Samariæ præficitur. Anno quinquagesimo secundo regis Iudæ. Phacee filius Romeliæ, Phaccia filium Manahem interfecit, ipseq; Samariæ regnat. Sed rursus ab Osee interemptus est. 4. Reg: cap: 15. & 16.

ÆGYPTIORVM.

Petubastis siue Combattes 23. Dynastiā Ægyptiorū exorditur, eamq; 25. annis tenuit. Eusebius.

LATINORVM.

Procas Syluius Auentini filius, 14. Albanorū rex. Huius tempore Fidon, quem alij Sidonium vocant, mensuram & pondus reperit. T. Liuius lib: 1. Eutrop: lib: 1.

CORINTHIORVM.

Alexander decimus Corinthiorum rex. Hoc tempore Lycurgum Lacedæmonum legislatorē floruisse aiunt. Imperavit Corinthijs Alexander, annis 25. Plutarchus in Lycurgo.

M 2

Lacedæ

3145.

815.

64.

3146.

814.

63.

| AN no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|---------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 3149. | 811. | 60. |
| 3153. | 807. | 56. |
| 3162. | 798. | 47. |
| 3165. | 795. | 44. |
| 3166. | 794. | 43. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

LACEDÆMONVM,

Alchamenes nonus & vltimus Spartanorum rex. Hoc rege mortuo, apud Lacedæmones regia dignitas abrogata & annuus magistratus constitutus est. Eusebius.

MACEÐONVM.

Granaus siue Cranaus, vir ingenio & manu promptissimus, post grauias & innumera prælia cum finitimis iniuria, Macedonum regnum, caprarum ductu assequitur, primusq; Macedonum rex insignitur. Regnavit annis viginti octo. Iustinus. Solinus cap. 15. Eusebius.

THVSCIÆ.

Marsias rex Hetruriæ, ingenij laude & militari gloria clarus. Eius quoq; ætate Græcas literas in Hetruria fuisse, contendit Annus Viterbensis de Antiquit: & rebus Hetruriæ. Regnavit annis 18.

ATHENIENSIVM.

Agamnestor Atticorum princeps. Eo tempore Græcia in propria sua viscera sævit. Peloponnenses cum Atheniensibus cruenta bella gesserunt. Regnavit Agamnestor annis viginti. Orosius libro primo capite 24.

ÆGYPTIORVM.

Osothos siue Osorchon, quem etiam Herculem ob magnitudinem rerum gestarum

starum, dixerunt. Ægyptijs dominatur annis nouem Diod: Sic: lib: 2. Herodotus lib: 2. Eusebius.

MEDORVM.

Mandannes aut Mandanes secundus Medorum rex bipartita Monarchia. Regnavit annis quinquaginta. Metasthenes de ludicio temporum.

LATINORVM.

Amulius filius Procæ, Numitorem fratrem suum natu maiorem regno priuavit: duos eius filios interemit: Rheam verò quæ & Ilia dicitur, eiusdē Numitoris filiam sub specie religionis in virginū Vestalium numerum asciuit. Vt nimirū hac ratione præcaueret, ne partus ex filia fratris ederetur, & ipse regno, quod per paricidia arripuisset à posteris Numitoris rursus priuaretur. At Rheam à Marte, (vt fingere licet) grauida facta, peperit geminos. Romulum & Rhemum, quos Amulius necare studebat, verum Dei prouidentia admirando modo incolumes conseruati sunt. Regnavit Amulius vsq; ad annum quadragesimum secundū. Dionysius Halicarnassens.

CORINTHIORVM.

Phelesteus vndecimus Corinthiorum rex, armorum scientia perspicuus. Regnavit annis duodecim.

M 3

Ægypt.

AN.

no Mun
di.

3168.

AN. AN.

no ante
natum
Christū.
Romā.

792.

41.

3171.

789.

38.

| AN- no Mun di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 3175. | 785. | 34. |
| 3180. | 780. | |
| | | 29. |
| 3183. | 777. | 26. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS

ÆGYPTIORVM.

Psammus qui ab aliquibus *Asyphis* siue *Anisis* dici videtur, *Ægyptiorum* rex constituitur. Cum regnasset annis decem visu & regno priuatus fuit. *Diodorus Siculus* lib: 2 *Eusebius*.

THVSCIA.

Etalus filius *Marsia*, post defunctum patrem *Thuscia* regnum adipiscitur. Imperat *Hetruscis* annis triginta. *Annius Viterbensis* de *Antiquitate* & rebus *Hetruria*.

MACE DONVM.

Cœnus vel *Cenus*, secundus Rex *Macedonum*, regnum à patre susceptum studio & militari manu non modo defendit: verumetiam mirificè ampliauit. Regnavit *Cœnus* annis duodecim. *Iustinus* libro septimo. *Solinus* capite decimo quarto.

CORINTHIORVM.

Antomenes duodecimus & vltimus *Corinthiorum* rex, vnico anno imperium suum finiuit. Illo enim mortuo, *Respublica Corinthiorum* per annos magistratus administrari cæpta est. *Eusebius*.

Lydorum



ATQVE REGNORVM.

LYDORVM.

Ardifus siue Ardifius natione Græcus, rerumq; præclare gestarum insignis, primus Lydorum rex ordinatur. Regnavit annis viginti sex. Iustus.

ÆGYPTIORVM.

Bochorus, non tam corpore robusto & valido quàm ingenij acumine clarus, vicesimam quartam Dynastiam in Ægypto incipit. Regnavit Bochorus annis quadraginta quatuor. Diodorus Siculus lib: secundo.

ATHENIENSIVM.

Æschylus Atheniensium princeps. Eius tempore pulcherrima illa atq; sculpendi marmoris adinuenta est. Imperavit Æschylus annis viginti tribus. Plinius lib: 36. cap: 19.

BABYLONIÆ.

Phul Assar secundus Babyloniorum rex post bipartitâ Monarchiam. Regem Israel bello petijt & gravissimè afflixit. Dominatus est annis viginti quinque. Metasthenes de Iud: Temp: 4. Reg: cap: 16.

ECCLESIAE.

16. Ioathan filius Azariæ, rex Iudæ designatur. Regnavit annis sedecim. 4. Reg: cap: 15. 2. Par: cap: 27.

Macedonum

48 ANO ANO ANO
no Mun no ante no ante
di. natum conditã

Christũ. Romani
3184. 776. 25.

3185 775. 24.

3188. 772. 21.

3193. 767. 16.

| AN- no Mun- di. | AN- no ante natum Christū. | AN- no ante conditā Romā. |
|-----------------------|-------------------------------------|------------------------------------|
| 3209. | 751. | 0. |

CHRONOLOGIA TEMPORIS
MACEDONVM.

Tirimas siue Tirmas tertius Macedo-
num rex, multa prælia, etiam cum bar-
baris gessit. Regnavit annis triginta octo
Iustinus libro septimo.

ROMANORVM.

Romulus & Rhemus primo anno
Achaz regis Iudæ: tertio anno sextæ O-
lympiadis, prima vrbs Romæ funda-
menta posuerunt: Titus Liuius libro i.
Marcus Tullius. Pomponius Atticus.
Solinus cap: secundo. Plutarchus in vita
Romuli.

Prima partis
FINIS.


40


3

n, 3

(x 2200606)

Sb.





CHRONO- LOGIA.

DE

SERIE ET SVCCESIONE
OMNIVM TEMPORVM ET
ANNORVM, A PRIMA HOMINIS
FORMATIONE, VSQVE AD HVNC PRAESENTEM
à nato Christo Annum M. D. LXXXI, in
tres Partes diuifa & distributa.

QUIBUS COMPENDIOSE EXPLICAN-
TUR, OMNIUM PRAECIPVORVM REGNO-
RVM POPVLORVMQVE, TAM EORVM QUI IN
*Ecclesia, quam horum qui extra eam fuerunt, origines, successiones, inclinatio-
nes atq; translationes. Praeterea omnes eorum Reges, Duces ac Magistratus, quana-
do quisq; coeperit, quot annis regnarit, quid memorabile gesserit. Deniq;
quis status & Ecclesiae & aliorum populorum fuerit: ac quo-
modo idololatriæ cultus irrepserit:*

OMNIA EX SACRO BIBLIORVM
FONTE ATQVE FIDEDIGNISSIMIS CVIVS-
*vis saeculi Chronographis & Autoribus, qui passim in praesenti Libro
allegantur, summa fide & diligentia, quàm breuissimè
excerpta & concinnata.*

AUTORE

FRIDERICO HVSMAN DE NAMEDEI,
Equestris ordinis Rhenensis.

HEIDELBERGAE.

Excudebat Iacobus Mylius.